EUROPÆ
ARCANA MEDICA
ID EST:
COLLECTANEA PHYSICO-MEDICO-PRACTICA
EX EPHEMERIDUM GERMANIÆ NATURÆ CURIOSORUM VASTIS VOLUMINIBUS STUDIOSE IN COMPENDIUM REDACTA.

IN QUIBUS

Continetur omne id laconicè contractum, quod praxin Medicam concernens in Ephemeridum G. N. C. Libris ſparſim legitur, H. E. omnia Arcana, Experimenta & Remedia Polychreſta àb Experientiſſimis Europæ Medicis multo vſu approbata & conſignata.

STUDIO ET LABORE,

HENRICI JOSEPHI COHAUSEN,
Phil. & Medicinæ Doctoris, Vredenæ Weſtphalorum Phyſici.

Lectio ſola non ſufficit, ne repetita quidem imò nec in feliciſſima memoria, ſed opus eſt Excerptis quibusdam, & notis rerum, verborumque ſingularium, quas imitemur. *Juſt. Lipſius Epiſt. iuſt. C. 12. p. 31.*

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,
Ex Officina KNOCH - ESLINGERIANA,
MDCCLVII.

Suppillare hoc eſt colligere quivis po-
teſt, diſponere & eloqui id poſcit
laudem. *Juſt. Lipſius in notis ad
Librum de cruce.*

REVERENDISSIMO

ET

SERENISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO

D. CLEMENTI AUGUSTO.

Dei Gratia Archiepiſcopo Colonienſi Sacri Romani Imperii per Italiam Archi-Cancellario & Principi Electori, Sacræ ſedis Apoſtolicæ Legato Nato, Adminiſtratori ſupremi Magiſterii in Boruſſia, ordinis Teutonici per Germaniam & Italiam Magno Magiſtro, Epiſcopo Hildeſienſi, Paderbornenſi, Monaſterienſi & Osnabrugenſi, vtriusque Bavariæ, Superioris Palatinatûs, Weſtphaliæ & Angariæ Duci, Comiti Palatino Rheni, Langravio Leuchtenbergenſi, Burggravio Strombergenſi, Comiti Pyrmontano, Domino in Borckelohe, Werth, Freudenthal & Eulenberg &c. &c.

Electori Principi & Domino ſuo Clementiſſimo.

Collectanea hæc Physico- Medico - Practica
Celeberrimorum Europæ Medicorum experientia confirmata
In Ephemeridibus G. N. C. diffusè dispersa & descripta
Privatis Studiis in compendium redacta
Nunc tandem usui publico destinata
Cum humillimo constantis felicitatis
Et perpetuæ incolumitatis cordiali voto
Devotione quanta maxima

Offert, Dicat, & Consecrat

Demisissimè venerabundus
corpore & animo

Ad Serenitatis Suæ Electoralis pedes prostratus

HENRICUS JOSEPHUS COHAUSEN.

REVE-

REVERENDISSIME

ET

SERENISSIME

PRINCEPS

ARCHIEPISCOPE

ET

ELECTOR

Domine, Domine, Clementissime!

Nisi mihi congenita Serenitatis Vestræ Electoralis Clementia foret quam no-

tiſſima, qua non duntaxat omnes artes, & Litteras quovis modo proſequitur, harumque Amatores & Cultores ſemper Clementiſſime ſuſcipere, fovere, cunctos erigere, ſublevare, incitare, calcar addere, ac gratiis principe dignis cumulare, imò imbecilliores (inter quos tenuitatis meæ abunde conſcius me numerare non erubeſco) fulcirè & adjuvare gratioſiſſimè aſſuevit, nec porrò legiſſem aut ſciviſſem multis gentibus more receptum fuiſſe, ut ſi thura deficerent, etiam molâ ſalſâ & lacte Deos Patrios placarent & venerarentur, neque unquam male ſuſceptum fuiſſe meminiſſem Heroes aliquo officii & obſequii genere, proſequi, conſuevit enim vel vile donum à magnis principibus benigniſſimè excipi, pluriſque dantis animus, ſubmiſſa devotio & religio,

quam

quam muneris pretium & dignitas æſtimari, hæc niſi præſciviſſem, non præſumerem nec auderem ad Electorale ſolium tenuiſſimum & levidenſe hoc munusculum deponere; cum verò vrbi & orbi abundè conſtet, SERENITATEM VESTRAM ELECTORALEM *humillimæ ſubjectionis Tecmirion non deſpicere, aſt ſemper Clementiſſimè ſuſcipere, injurium & ingratum (quo nihil in Natura abſurdius & exoſius) Erga* SERENITATEM VESTRAM ELECTORALEM *me futurum opinabar, ſi non Laborum & Studii mei primitias in ſubmiſiſſima ſubjectione offerrem, ac ſimul publicum & perenne humillimæ & debitæ devotionis meæ monumentum erigerem, ſpero itaque & opto, fore vt ex devotiſſimo affectu oblatum licet vile & tenue opuſculam Clementiſſimè reſpiciat,*

ciat, atque ad pedes SERENITATIS VESTRÆ ELECTORALIS cernuum & fluxis poplitibus procumbemtem

Favoris vmbra me ſolidi tegat
Servùmque ſervet perpetuò ſuum

qui Altiſſimum indeſinenter exorat, & nil potius in votis habet, quam vt SERENITATEM VESTRAM ELECTORALEM vſque ad Neſtoreos annos benigniſſimè ſoſpitet, nec non perpetuâ feliciſſimi Regiminis Gloriâ, pace & tranquillitate nunquam turbandâ, atque omniganæ proſperitatis lætitiis cumulatim recreet, quod ſuſpirans emoritur

SERENITATIS VESTRÆ ELECTORALIS

Vredenæ Weſtphalorum
V. Calend. Februar.
MDCCLVII.

Infimus & ſubjectiſſimus

JOSEPHUS HENRICUS COHAUSEN.

PRÆFATIO.

Excerpendum eſt, & quidem cum cura & ſtudio, ad plenam & veram eruditionem vix alium eſſe acceſſum, niſi per hanc viam fiat progreſſus, eleganter non minus quam ſolide docet & comprobat *Hieremias Drexelius S. F.* in doctiſſimo tractatulo ſuo, quem juſtè inſcribit: *Aurifodina Artium & Scientiarum omnium.* Monuit me deſuper ferè indies ac proprio exemplo docuit p. m. pater meus D. Joannes Henricus Cohauſen trium ſucceſſivè Epiſcoporum Monaſterienſium Archiater, qui utcunque annis gravis octuagenario quippe major, ac omnium totius Weſtphaliæ Medicorum ſenior, ut praxi feliciſſima Weſtphaliæ, ita multorum librorum

 editio-

editionibus universæ Reipublicæ Litterariæ notissimus, qui quamvis molestissimum & summè dolorosum (cujus memoria mihi semper occurrit amarissima, & lacrymas debitas post fata exprimit) ob continuo recrudescentes irresolubilis Duelech Vesicalis vix tolerabiles dolores, per plures annos triste & grave senium ageret, nullum tamen diem sine linea sterilem elabi sinebat, atque hanc solum perditam credebat, in qua nil scriptum vel notatum fuisse reminiscebatur, adeo studiis erat inescatus, adeo libris addictus, adeo pro fulcienda memoria tum collectioni, tum notis asteristicis intentus, ut non tantum nihil notatu dignum omitteret vel præterire sineret, sed ubique, in carpento, in horto, quin in lecto comes erat liber, conjuncta scriptoria suppellex, & stylus graphicus; quanta hic in juventute sua æquè quam modo decrepita senectute per tot annorum decursum congesserit, collegerit, commentario exornaverit, scripserit & elaboraverit, suspicionem alicujus fastûs aut vanæ jactantiæ vel capiendæ gloriolæ incurrere vereor, si enumeravero, quorum tamen aliquale testimonium

nium perhibet Bibliographia ejusdem Nunningii & Cohauſeni *commercio litter. tom. I.* annexa; inculcavit is mihi quam ſæpiſſime, aliisque ſuis quondam diſcipulis paterna & ſeria admonitione, ut diligens eàque attenta non ſuperficialis ſemper eſſet librorum lectio, ſedulo lectorum meditatio & ruminatio, ac dein (quoniam memoriam humanam ſegnem, anguſtam, volatilem, certis limitibus & finibus circumſcriptam, infidelem, & niſi certis fulciatur adminiculis retinendis omnibus imparem eſſe demonſtrabat) accurata ſelectorum, quorum ſuo tempore uſus fieri deberet, annotatio ac exceptio, atque in adverſaria deſcriptio, quod ſaluberrimum conſilium, ſeu potius mandatum ſequi volens, ſimili labori improbo aſſueſcere adniſus ſui, & inter alia ad manus ſumpſi Ephemerides G.N.C. ſub glorioſo regimine Leopoldi primi inchoatas, easque ut plurimis obſervationibus non minus utilibus quam raris & curioſis omni Medico lectu digniſſimis plenas attentè perlegi, relegique, cumque vaſtitatem operis agnoſcerem, prævideremque vix poſſibile fore, ut ſingula

conten-

contenta ſcitu neceſſaria, quæ præcipuè praxeos exercitium (propter quod Medicus creatus & honorandus videtur) concernunt, quispiam taliter memoriæ inſcriberet, & retineret, ne aliqua etiam utiliſſima, ac in obvenientibus caſibus ſummè neceſſaria aufugerent, pro privato itaque praxeos meæ uſu conſtitui integrum opus in compendium, illudque merè practicum omiſſis phyſiologicis aethiologiis colligere & redigere, quod etiam non interrupto labore non duntaxat inchoavi, ſed quoque complevi, perfecique, ingénsque indies hujus indefeſſi ſtudii & laboris emolumentum in quotidiana mea praxi percepi; ita ut hujus laboris me nunquam pænituerit, nec imitatorem quendam pænitere poſſit; communicavi dein per litteras hujus Studii mei conceptus Cl. Domino Salent. Erneſt. Cohauſen EMINENTISSIMI ELECTORIS TREVIRENSIS conſiliario intimo & Archiario Primario, Nepoti meo amantiſſimo, qui ſimiliter ſtudii ſui Medici prima & ſolida fundamenta (quæ anno 1720. ſub laribus Vredenſibus ponere incepit) fidæ Domini patrui ſui, mei autem pa-

tris

tris inſtructioni & manuductioni in acceptis fert, paternoſque manes legis Hippocraticæ haud immemor ſemper gratus veneratur; iisdém admonitionibus frequenter excitatus, iisdemque principiis innixus conatus meos laudavit ſummopere, commendavit, urſit, calcarque addidit repetitum, ut in hac ſtudendi & diſcendi methodo ſedulus & impiger continuarem; illud enim ſtudium genuinum & verum eſſe, quo quis indies fieret doctior, eruditior & expertior; cum enim nemo ſolus ſingula ipſus aut videre, aut audire vel obſervare valeat; ſupereſſe ut aliorum obſervationibus inſtruatur & clarescat, factarumque à ſe nunquam viſorum accuratam & fundamentalem acquirat notitiam; hoc igitur popismate magis incitatus ſine tædio alacriter perrexi; cumque eidem Confluentia nuntiarem, me operi meo colophonem impoſuiſſe, gratulabatur mihi de acquiſito magno theſauro verè ad praxin felicem ſummè utili & neceſſario, ſimúlque nervoſè hortatus fuit, perque repetitas litteras monuit, imò juſſit, ut collectanea hæc per typum publici juris facerem, quæ tanto

certius

certius grata fore augurabatur, cum Ephemeridum volumina penes Bibliopolas vix aut rarò integra amplius prostent, & si casualiter obveniant, non nisi multo ære comparentur, pro quo expendendo non omnis præcipuè juniorum Medicorum nondum lucriferam praxin expertorum dispositum est marsupium, quantum autem emolumentum ad quotidianum usum & praxin clinicam ex iis hauriri possit, ex eo fit manifestum, quod tot eximiorum, clarissimorum, experientissimorum, versatissimorum in Europa fulgentium Medicorum & excellentissimorum practicorum sint partus; fateor dubius hæsi, num consilium hoc ex sincero & benevolo animo proveniens tutum esset, & an opusculum horis subcesivis natum litterato publico obtrudere audeam, aut num potius tanquam abortivum fætum in scriniis occultare debeam, cum publicum maculatis chartis indies magis magisque onerari videamus, multique crumenas suas per acquisitionem sterilium & inutilium librorum emungi doleant, & serius conquerantur, ut potius de apto remedio cogitandum esse videatur,

tur,

tur, qualiter tantæ ſcriptionis hodiernæ cacoethi obex poni valeat; verum penſitatis circumſtantiis, & conſiderato futuro uſu ac utilitate, ſub communis commodi, nec ullius vanæ nil profuturæ gloriolæ ſpe tradidi Typothetæ, & ſub rubrica, quæ fortaſſis non nullis nimis ſpecioſa & vana videbitur, Lectori meo offero, & ad uſum conſecro: *Europæ Arcana Medica.* Cujus rationem & anſam ſubminiſtravit Excellentiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus Comes Franciſcus Roncalli Parolinus Catholici Hiſpaniarum Regis Ferdinandi ſexti Archiater, Academiarum, Bononienſis inſtituti, Peruſinæ, Cortonenſis, Palermitanæ, Columbariæ, Florentinæ, Imperialis G. N. C. Berolinenſis ſocius celeb. Collegii Medicorum Brixenſium Prior, qui ante paucos annos in Regali folio Typis pulcherrimis edidit librum ſub titulo. *Medicina Europæ à ſapientibus illuſtrata & obſervationibus adaucta.* Excellentiſſimus Author, utilitati publicæ, præprimis Medicæ totus addictus, nulli labori, nulli ſudori, nullis ſoryſtibus (quos largiter effudit) nulli etiam ſumptuoſo litterorum

cambio

cambio parcens ad Medicos Europæ celeberrimos, quos per famam ex libris editis, aut actis Eruditorum insertis observationibus noverat, humanissimè & officiosè perscripsit, singulos per amorem & honorem artis instanter rogavit, quatenus quivis patriæ suæ, vel ditionis aut regionis, aut loci, in quo praxin exercet, aut exercuit, statum Medicum sanum, morbosum & therapeuticum, ut & vitæ genus describere & communicare dignaretur, cum pollicitatione se benevolè designatas observationes, atque descriptiones fideliter collecturum, suo commentario exornaturum, ac denique per typum cum honorifica authoris mentione evulgaturum; negari nequit, ingentem hujus operis usum, majoremque utilitatem esse debere, si ad genium & sensum hujus de republica Medica meritissimi viri (quem potentissimus Poloniarum Rex Augustus tertius de dato Dresdæ 1. Maji 1742. ob singularia dona & merita ad Romani Imperii Comitis dignitatem Clementissimè evexit, cujus diploma Regium in ejusdem *Europæ Medicina* p. 426. in extenso legi poteris) omnes invitati & re-

qui-

quiſiti ſuum ſymbolum contribuiſſent, verum prout diverſus hominum eſt ſenſus, varia opinio, differens concipiendi modus; ita aliqui ne quidem dignati fuere, ut viro optimo tam magna meditanti debitas darent reſponſorias ne dicam ſuppetias conferrent, non nulli conatus tam illuſtres licet arduos impoſſibiles, vanos, & inutiles præter rationem credidere, quemadmodum ſatis inſulſè & inhumanè Pragenſis profeſſor (*vid. L.C. pag.* 102.) Ignatius de Meyersbach reſpondit, ſe huic ſalutari inſtituto oppoſuit, imò ſalſè ſed minus prudenter & circumſpectè explodere velle viſus fuit, alii verò D. Authoris intentionem & meditationes non ſufficienter intellexerunt, hinc quoque non debite aſſecuti, (optandnm alios cordatos & expertos artis Medicæ cultores opus hoc reaſſumere, & quod mancum ſuppleant, adaugeant, ac exaſcient, quo certe clinicis Medicis nil jucundius nil utilius elaborari poſſe exiſtimo) ad tale igitur perfectionis Acmen opus non perveniſſe ſummopere dolendum qualem indefeſſus Author exoptaverat. Feliciori Ego itaque conatu qui Europæ Medici-

 nam

nam vel potius ejusdem arcana Medica in compendium redigendo meditatus fuerim, eſt quod ſpero; Notius eſt omnibus litteraturæ præprimis Phyſico-Medicæ amatoribus, quam ut aliqua dilucidatione vel encomiaſte egeat, quantum Reipublicæ Medicæ attulerit emolumentum, quam lucidam cæcutienti ignorantiæ accenderit facem ſub glorioſiſſimæ memoriæ Imperatore Leopoldo primò erecta, fundata, certis Regulis inſtructa nec non Privilegiis Cæſareis ornata hodiedum adhuc florens Germaniæ Naturæ Curioſorum Academia, quæ in eo conſiſtit, ut nova inventa & experimenta ſcrutetur & prodat, abdita Naturæ introeat, errores antiquos corrigat, ex nimia credulitate natas fabulas rejiciat, veritatem & Naturæ producta intimius rimetur, ac utilitati publicæ ſerviat, cum ſub Magnifico Domino Præſide ex omnibus mundi plagis experientiſſimi & doctiſſimi Domini Medici Naturæ Myſtæ ſuas raras, curioſas, veras & non fictas obſervationes ut plurimum practicas ſuo Dn. præpoſito transmittunt, qui easdem in faſciculum collectas ac in ordinem redactas nunc cum ſcholio,

nunc

nunc absque commentario per typum juris publici facit, & primitus ſub Rubrica Ephemeridum G. N. C. in decurias (quas in compendium traductas ſiſto) dein in centurias (quas quoque volente Deo, ſi propitium nactus fuero Apollinem, & hos noſtros lâbores benevolè ſuſceptos fuiſſe animadvertero ſimiliter publico donabo) ac ultimato in Acta N. C. diſpescuit, accrevit multorum annorum decurſu opus illud inſigniter, quod quia utile, & curioſum, multos invenit amatores emptoresque, ita ut prioribus Bibliopolarum careant Officinæ; quia multis conſtat partitim editis voluminibus admodum pretioſum & carum; quia à ſelectiſſimis & exercitatis viris compilatum doctiſſimum, ſummè inſtruens, atque de ſalute humana verè ſollicito Medico æque utile, quam neceſſarium; oggeri quidem poſſet, non totam in eo deſudaſſe Europam, ſed potius Germaniam, hinc ejus compendioſum extractum nimis ſuperbè aut hyperbolicè, ſub ſpecioſo hoc titulo promulgari, verum enim verò cum Germania Europæ Domina jure merito nominari poſſit, & ut in ſcholis dicitur, à

potiori fiat denominatio, quid obſtat? quod jus hujus tituli huic adjudicetur; quibus addendum quod & alii extra Germaniam degentes E. G. Angli, Galli, Itali, Batavi, Hungari, Dani &c. ſuum ſymbolum & multam opem contulerint; hinc ex potiori ſaltem ſi non univerſa Europa opus compilatum eſſe innoteſcit: Cæterum monere debeo, quod *difficile ſit de alienis judicare & utilia inde deſumere, quin neminem huic negotio parem eſſe credidit* Carteſius. *Part.* 2. *Epiſt.* 100. *p.* 326. Multo minus ergo & Ego tenuitatis meæ abunde conſcius mihi ablandiri audeo, quod in diſpoſitione & collectione hujus opellæ omni ſatisfecerim Lectori, ſi non omni, ſaltem aliquos ſpero hyperoſpiſtas & ut multis ſi non plurimis placeam confido; Tu Benevole Lector hoc qualicunque fruere labore, quem ſi benevolè ſuſceperis continuationem exſpecta. Vale & fave.

Reme-

Remedium Antipleuriticum
D. Petri à Castro.

Sumantur cucurbitæ longiores (quæ italis Storti & Queche vocantur & semina habent quasi quadrata) suspendantur in loco concluso, quo solis radii non pertingunt, discindantur & pulpa abjiciatur, cortex asservetur, & à cortice caro separetur. Hujus Corticis ℞. ℔j. olei olivarum vetustissimi, 10. 12. imò si possibile sit 100. annorum, ℔iij. Huic oleo incoque corticem, donec appareat ferè combustus & quasi in carbonem redactus, & culmus straminis hoc oleo imbutus sine strepitu ardeat. Cola oleum per manicam, & per ardentem sartaginem oleum transfunde in vasculum subjectum, quo utere pro inunctione lateris dolentis. Hoc oleum in pleuriticis sæpius egregiam præstitit operam, & ab ipsis orci faucibus quasi reduxit in vitam. Aliam paulo differentem hujus olei præparationem vid. Observ. X.

Remedium Atrophiæ oculi.
D. Joachimi Georgii Elſneri.

Curatur medicamento plane ſpecifico humectante foras oculis inſtillato. Sumitur humor Aqueus ex oculis urogalli vel aliorum animalium, præprimis illorum, quæ præ reliquis auctiori viſu gaudent, vt Gallorum & gallinarum. Hunc liquorem inſtilla oculis & pro diæta elige Gallinas coctas cum Endivia. Obſ. XII.

* Ephem. Dec. I. An. 1.

Lactis uſus in Empyemate
ex Experientia D. Matth. Franciſci Hertodi.

Exacto die quadrageſimo patienti Empyico lac caprillum, in defectu Aſinini, cum ſacharo roſato mixtum exhibuit, quod cum per ſex ſeptimanas mane calidum & recens à capra ad ℔ij. hauſiſſet, repurgato ulcere omnique putrilagine, eoque glutinato perfectè convaluit, & craſſior quam ante evaſit.

* Ephem. Dec. I. An. 1.

Pulvis expertiſſimus ad Hæmorrhagiam.
Narium Hertodi.

Rec. Aluminis crudi qu. pl. add. laccæ pictorum germ. Kugellack. qs. ad pulv. incarnato colore ſaturandum, hoc pulvere

ſæpius

ſæpius repetito plurimos ab orci faucibus Deo benedicente liberavit, qui ergo ſit benedictus, ex cujus inexhauſta munificentia hoc innotuit medicamentum. Etiam hæmorrhagia poſt evulſum dentem copioſiſſima, hocce ſolo pulvere curari potuit. Obſerv. XXIV.

* Eph. Dec. I. An. 1.

Cura Hydrocephali incipientis,

per D. Albardum Hermannum Cummium facta.

Primo omnium ſicaſit, ut quantum fieri poſſet, baculo in os immiſſo illud apertum teneret, hinc capite raſo ſingulis diebus bis aut ter caput oleo chamemelino, in qua ſtechas arabica, ſpica, lavendula &c. per aliquot dies infuſa erat, inunxit, inde aqua vitæ Anhaltina abluit, nonnunquam quoque Aquam Reginæ Hungariæ applicavit, linteisque madefactis frequenter fovit, utrique cruri cauterium applicavit, corpus quater ſingulis ſeptimanis cum ſyrupo Diacnici purgavit, in potu ſemper aliquid de oleo tartari p. d. facto exhibuit, in cibo ſæpius aniſo cumino anetho uti ſuaſit. Hoc modo ſenſim caput detumuit & artus nutritionem receperunt, ut intra duos menſes fuerit puer integræ ſanitati reſtitutus. Obſerv. XLVI.

* Eph. Dec. I. An. 1.

Cura mictionis cruentæ.

D. Valentin. Andreas Mœllenbroccus quendam Plethoricum annorum 48. plurimum ſanguinis ſine moleſtia emin genrem ſola Tinctura ſulphuris vitrioli & ob metum grumeſcentiæ Eſſentia florum hyperici brevi reſtituit. Obſ. LXXXVIII.

* Eph. Dec. I. An. 1.

Cura vomitus ſanguinis Menſtrui.

D. A. H. Cummii.

Nihil interius adhibere voluit, quæ obſtructiones removerent. Adhibuit itaque balnea ex emollientibus triduo antequam menſes ordinariè fluere deberent. Uſus ſuffitu ex Trochiſcis de myrrh. Alhandal. galbano; ſabina & ſimilibus quem fumum poſt balneum ſub veſtes recipiebat, inde vena in talo ſecabatur. Fumus itidem Tabaci per inſtrumeutum anglicum inflabatur. Hoc modo uteri obſtructionibus ſolutis altero poſt menſe ceſſante ſanguinis vomitu menſes naturales vias repetierunt. Obſ. XCV.

* Eph. Dec. I. An. 1.

Oleum Muſci Moſchati.

Colliguntur Antheræ ex muſci terreſtris ſcandentis ſpecie ab Elsholz & in flora Marchica deſcripta, quæ tenuiſſimæ & leviſſi-

vissimæ sunt substantiæ, coloris aureo-sulphurei, inflammabiles ad ignem candelæ & per se quoque ut flores lycopodii in calculo, Epilepsia & pulmonum affectibus cum butyro majali utiliter mane sumuntur. Hæ antheræ si cum spiritu vini tartarisato aliquandiu macerentur & postea destillentur, oleum præbent rubicundissimum & odoratissimum, quod omnium sulphurum vegetabilium apex dici meretur. D. Philip. Jac. Sachs à Lewenheim. Obs. XCVIII.

* **Eph. Dec. I. An. 1.**

Remedium Euporistum ad Gangrænam *D. Thomæ Bartholini.*

In facie puellæ ex morbillis malignis gangræna ita defædata, ut labia penè fuerint consumpta sedavit statim serpentem gangrænam aqua marina, cui absinthium incoxerat. Quod experimentum in aliis quoque gangrænis opposuit felici cum successu. Observ. II.

* **Eph. Dec I. An. 1.**

D. Valentini Andreæ Mœllenbrocci Remedium certum incontinentiæ urinæ.

Contra urinæ incontinentiam multa ab autoribus commendantur remedia, e.g. vesica suilla combusta, leporum testiculi, guttur galli tostum & exsiccatum. Cineres

Erinacei combuſti, medulla lapidum, pulvis piſcium, in ventre lucii piſcis Repertorum exiccatorum &c. ſed nullum præſtantius & certius non ſemel invenit pudendo ſuillo, quocunque modo cocto vel aſſato atque à B. D. Joh. Michaelis Practico Lipſiæ quondam celeberrimo ſæpius comprobato. Schrœderus l. 4. Pharmac. Med Chym. p. 112. ſcribit ſe noſſe quendam, qui mictionem nocturnam Tabaci ſuffitu præcavit. Obſ. XXI.

* Eph. Dec I. An. 2.

D. Phil. Jac. Sachs à Lewenheimb

In Suppreſſione Urinæ diuturna à Calculo.

Putat pulverem Virgæ aureæ & ſuccum Raphani expreſſum diſſolutionem calculi promoviſſe ſiquidem poſt repetitum aliquoties uſum pulveris hujus ſemper majores dolores fœmina patiens perſenſit. Sed ægra toto hoc Iſchuriæ ſpatio nihil fere de potulentis ullis aſſumpſit. Obſ. XXX.

* Eph. Dec. I. An. 2.

D. Jo. Friderici Treubeleri

Fulmine percuſſorum cura.

Mammillas ad umbilicum uſque valde combuſtas, bis in die cum levi penna ſeq. unguento inungere juſſit.

℞. Mucilag. Sem. Cydon. c. aq. Malv. extr. ℥ß. Succ. Plantag. rec. ℥iß. Litharg. ☉r. ſubtiliſſ. ʒß.

m. ad ſict. poſt tres dies ſedata jam optime inflammatione cruſta inductus fuit locus, ſublatente quidem pure ſed valde laudabili, qua de cauſa ad majorem mundificationem ac incarnationem ſeq. præſcripſit linimentum.

℞. Mell. Roſat. ℥ß. Succ. Plantag. rec. Abſinth. a. ʒiij. Pulv. Sarcocoll. Myrrh. ana ʒß. m. f. linim.

Linimento hoc cruſta fuit ſeparata & locus mundificatus. Mundificato per dies 8. Empl. Sperm. Ranar. c. Maſtich. Oliban. Sacch. ♄. Ceruſſ. &c. paratum applicatum, & ſic ad Cicatricem parvo temporis ſpacio feliciter vulnus perductum. Obſ. XXXVII.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Remedia in Hæmoptyſi vera ſine tuſſi.

Hæc à Wedelio curata binis Medicamentis: 1) Sem. Hyoſc. cum Lap. 69. aliisque reſolventibus & aſtringentibus mixto. 2) Tinctura Catechu. ad 60. gutt. pro doſi propinata. Obſ. XLV.

* Eph. Dec. I. An. 2.

In Epilepſia & Affectibus Cephalicis, expertiſſimum, & ſæpe probatum Remedium.

A multis habetur Uſnea Cranii humani, cujus uſum & effectum D. Martin. Ber-

Bernard. à Bernitz in fœmina à multis annis Epileptica per D. Andr. Cnöffelium curata vidit Medicamento Antiepileptico, cujus basis & fundamentum illa erat. Quum eam in copia ad manus habere non posset sæpius in similibus curationibus sumpsit ossiculum triangulare seu triquetrum, quod in Craniis humanis aliquibus in confinio suturæ lambdoidis & sagittalis reperitur. Vid. Obs. LIII. in Schol.

* Eph. Dec. I. An. 2.

In Hæmorrhagia narium desperata, turundæ incantamenti instar sanguinem retinentes.

Has D. à Bernitz sic parare solitus est. Ex usnea Cran. Hum. & fimo porcino cum mucilagine g. tragacanthi per Aq. Sperm. Ranar. facta turundas paravit, quas prius exsiccatas & postea in loco sicco servatas tempore necessitatis naribus intrudi jussit. Circa frontem Anacollema ex Bol. Sang. Drac. pulvere sperniolæ nostr. (ex nigris oculis ppt. & usnea ana. qs. cum albumine ovi & modico aceti applicari fecit. In defectu usneæ ex capitibus suspensorum, elegit illam, quæ in Coemiterio aliquando in ossibus demortuorum, vel etiam illam quæ in tegulis crescit, item usneam, quæ remis seu truncis antiquis prunorum Sylvestrium

vestrium & acidorum adhærescere solet, & ex illa prius pulverisata cum adjecto albumine ovi dicto modo frontale paravit.

Sennertus l. 1. pract. p. 977. eandem in Syndone rubra de collo suspensam in simili casu commendat. Ubi & seq. amuletum concinnat.

℞. Ciner. bufon. j. Lap. Hæmatit. ʒß. Musc. Cran. H. pulv. umbilic. Marin. Corall. r. ppt. à ℈j. Rad. Tormentill. Bistort. ana ʒß. burs. past. flor. bellid. min. anagall. rubr. a. p. j. f. pulvis, qui Serico rubro includatur. f. Sacculus collo appendendus. Plura vid. ibidem.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Pinguedo Viperarum Ophthalmica.

D. Georg. Wolfgang. Wedelius Obs. CXXV. de hac scribit: Pinguedo Viperarum, ut oculos nitore suo & puritate mire delectat, ita præter alios usus singulare constituit Ophthalmicum. Duplex ille est, ea enim vel palpebra illinitur, id quod pro visus confortatione & dissipatione locum habet, vel quod melius & præsentius cum penna scriptoria munda inferius obtuse resecta gutta una vel altera in ipsum oculum derivatur. Medicamentum est divinum, & secretissimum in affectibus oculorum plerisque, inprimis vero

ubi unguiculus, unus vel plures, ein Stifftlein, se prodit. Idque vel simpliciter adhibitum vel prius leniter calefactum. Demulcet acrimoniam, lenit, abstergit, consolidat, ut nihil supra.

Hæc ipsa sæpissime unguiculos & tubercula brevissimo tempore abegit, rubedinem discussit, & aliis affectibus opem tulit. Vulneratis oculis præsentaneo est auxilio, à variolis residuis in oculo maculis, nubeculis & unguibus unice medetur, &c.

Dedit illam insuper interne binis phthisicis cum successu, cum enim pinguedine canis quidam restituti sint tabidi, cur non balsamica viperarum pinguedo præstaret idem? prodest in hoc morbo & externe spinæ dorsali inuncta, laudata eo nomine jam olim *Cardano*.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Usus Catechu in Urinæ profluvio continuo.

In filiola 2. annorum Urinæ incontinentia laborante, ut Urina sæpius urgeret & flueret cum dolore & intertrigine pudendorum D. Wedelius dedit, pro lenienda temperanda, & ad naturalem statum reducenda excretione.

℞. Rad. alth. ppt. ℨij. troch. alkek. c. op. ℨj. Sacch. ad p. o. m. f. p. s. Kindpulver 2. malvaticum

ticum juniperinum cum Spir. nephritico factum & anodynis temperatum. 3. Ad umbilicum Ol. Ceræ Succin. cum aliis calefacientibus remixta. 4. Pro intertrigine pudendorum.

℞. Ungt. rof. ℥ß. nihil alb. Sacch. ♄. per ♁ ana ʒß. Ol. Momordic. parum, præter infpergenda ficciora. 5. Balneum ordinavit ex lenientibus & confolidantibus Malv. bifmalv. rof. rub. Chamæm. fed omnia levi effectu fe commendarunt, indies magis producto affectu, cum igitur majori adftrictione opus effe videretur pro Renum laxo tono roborando, dedit tandem Catechu ppt. aliquot dofes in aqua pro potu mifcendas, unde diuturnum & obftinatum malum opinione & parentum & Medici ipfius citius ceffit. Vid. Obf. CXXIX.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Tinctura Catechu ftiptica in Vomitu & Dyfenteria.

Vires funt ftipticæ & roborantes. Vidit Wedelius inde effectus opio ipfi invidiam creantes, in hypercatharfi & ingeftorum omnium vomitu per tres continuas feptimanas, cum theriacalia, ftomachica, tonica & topica opiata fruftra effent adhibita, præbuit aliquid Tincturæ hujus, & mirum dictu, quafi incantamento emanfit vomitus, & dehinc

dehinc omnia manserunt in Ventriculo. Idem successit in aliis & in ipsa Dysenteria, tum cum aliis remixta, tum in potu utiliter data. Tinctura cum ♈, rectificatissimi parte sextupla vel octupla paratur, & absque filtratione decantatur, & asservatur. Dos. gt. 30. 40. 60. Vid. Obs. CXXX.

* Eph. Dec. I. An. 1.

Usus Catechu in Hernia varicosa.

In tumore duriusculo & dolorifico in sinistro latere in Vasis Spermaticis, ubi ex peritonæi processu in Scrotum inseruntur, adhibitis resolventibus & aperientibus externis & internis ad molliorem reddendum tumorem. Wedelius tandem dedit pulverem terræ Japonicæ pptum, tam solum quam cum ♉nio ♂tiali cachetico remixtum, ex quo optimum præ reliquis sensit levamen, & melius habuit, tumor enim imminutus. Obs. CXXXI.

* Eph. Dec. I. An. 2.

D. Godofred. Christ. Wincleri

Vulnus Oculi curatum. Humor aqueus restitutus.

In læsione oculi & effluxu humoris aquei, corrugata erat tam adnata, quam cornea tunica. Principio statim sequens repellens præscripsit:

℞. Alb.

℞. Alb. Ov. ▽. Rof. à ℥iß. agitentur & conquassentur probe add. Bol. Arm. ppt. ʒß. m. imponatur frigide. Craftina die nulla præsente inflammatione sequens ordinavit.

℞. Sief. alb. Rhaf. f. Op. ʒiß. Thur. ppt. ʒß. Camph. ℈ß. ▽. Rof. ℥iij. m. pro Collyrio. quod optime contulit. Dein ad Symptomata præcavenda purgante est usus. Post 6. dies magis exficcans & conglutinans Collyrium præscripsit:

℞. Myrrh. Sarcocoll. Lact. nutrit. bol. arm. tut. ppt. & ▽. Plantag. probe lot. ʒj. Pulv. Osteocoll. gr. vj. Mell. Rof. qs. f. instar linimenti. Quo per 10. d. usurpato vulnus egregiè coaluit. Sed cum vulnus casu de novo apertum esset, & inflammatum præscripsit Unguentum Aug. Salæ de Cerussa ℥n. quo saltem oculi circumferentia secundum authoris monitum sæpius illinita, & dolor & inflammatio sedata, oculusque ad pristinam formam redactus. Tandem repetita purgatione sequens Collyrium applicuit.

℞. Sief. alb. Rh. f. Op. ʒiß. Tut. ppt. ʒß. Thur. subtiliss. pulv. ℈j. Camph. ℈ß. Croc. gr. iij. aq. plantag. Rosar. à ℥ij. quo vulnus iterum coaluit. Vid. Obs. CXXXII.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Empyema ex pleuritide curatum.

D. Jo. Ferdinand. Hertod. à Todtenfeld ex pleuritide Empyeco, qui pus in pectore contentum per secessum excernebat,

frequen-

frequentiore uſu terebinthinæ feliciter curavit. Obſ. CXLVI.
* Eph. Dec. I. An. 2.

Amuletum contra Hæmorrhoides Cœcas, Mariſcas, Condylomata certiſſimum.

Hoc Amuletum inquit Wedelius, firmo ſtat talo, & ſine ulla ſuperſtitione temporisque vel loci obſervatione Medicum juxta ægrumque exhilarat. Quoties à partu difficili Mariſcæ infelices vexant & torquent puerperas? Quam urgent ſæpe dolore etiam fluentes Hæmorrhoides? Quot dantur Hypochondriaci, quibus eo differatur mali ſentina? omnes in hoc inveniunt auxilium. Eſt autem illud Fabaria ſeu Telephium, appenditur vero radix Telephii recens (vel aliquot ſaltem nodi, prout nodi plures vel pauciores in ano protuberant) cum filo in dorſo inter ſcapulas. Simul cum marceſcente radice tabeſcit & & evaneſcit omne tuberculum. Obſ. CXCV.
* Eph. Dec. I. An. 2.

Nitrum *cale Wedelii.

Proceſſus eſt facilis. ℞ ⦶. puriſſ. p. iv. fluat leni igne in ✠lo. tunc ℞. ⊖*cj. pulv. p. j. vel ſemis ſaltem. Inde parum per vices cum cochleari, ut detonentur omnia, funde in mortarium æneum ut frigefiat. Ita depuratum candet ⦶, ut nunquam

quam fere à △. Laudat hoc Deodatus maxime l. 1. Panth. Hyg. p. 147. ceu præsentissimum in Prunella, nec minus in Febribus, aliisque Morbis, ubi lapis prunellæ alias commendatur. Obs. CXCVI.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Remedia in Podagra.

D. Philip. Jac. Sachs à Lewenheimb. utiliter sumit Extractum Zedoariæ, Enulæ, Centaurii Sassafras & alia in tenui potu cerevisiæ. Salutarem usum Terebinthinæ recommendat. Vesicatoria ad genua præsertim, & ubi spasmus concurrit, valde & celeriter tollunt noxiam materiam, sed ne quid nimis. In defectu thermarum, quas omnibus aliis expertus præfert, usurpat cum fructu Balnea simplicia, quæ Arefactiones & contracturas impediunt. Dicitur in Anglia quendam solis Balneis medicatis faliciter sanare padagricos. Obs. CCXV. in Schol.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Hydrops Urina Hirci Sanatus.

D. Salomon Reiselius puellam sexennem, sed verius anasarca prætumido quidem Ventre sed & facie artubusque præ tumore translucidis correptam cum orthopnea desperata, per paucos dies urina hirci potata, vidit magno juvamine ab hydrope liberatam. In Scholio laudatur ad frigidam hyposanam coch-

cochlear urinæ capræ nigræ, in qua decocta sit Spica Nardi quolibet mane datum. Urinam humanam in hydrope pro clysteribus feliciter adhibuit D. Petrus à Castro, ut & in tympanitide sequens.

℞. Decoct. Carminat. lenitiv. urin. puer. ana ℥iij. Hier. picr. galen. ℥j. Elect. lenitiv. ʒiij. Mell. Ros. Ol. comm. à ℥j. ⊖. ʒj. m. f. cl. quod imitatus est D. Jo. Michaëlis, qui in Collegiis suis MSS. valde ad hydropem commendat Clysteres ex sola urina puerorum. Obs. CCXIX.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Remedium in Narium Hæmorrhagia.

D. Jo. Georg. Volcamerus in Hæmorrhagia nullis juvantibus seq. Decoctum abstringens per Siphonem in ambas nares injecit, unde ocyus fluxus fuit restinctus.

℞. Rad. Symphist. bistort. tormentill. filipendul. ana. ℥ß
Fol. Acetos. Scord. Beton. Sanicul. à mß.
Comar. Hyperic. mj. Ras. Santal. r. ʒj.
Flor. Ros. mj. f. Decoct. in s. q. aquæ ad ℥vj. coll. add. ol. ovor. ℥ß. in die Nase zu sprützen.

Obs. CCXXIII.

* Eph. Dec. I, An. 2.

Para-

Paralyſis à Gibbere in Infante, *à D. Wedelio Curata.*

Interne adhibuit 1. Spir. ✱c. & ♀r. volatilis. 2. purgans ex p. laxativo vegetabili. 3. infuſum ex nervinis Pœon. chamædr. chamæp. chamæp. ſtæch. arab. anthoſ. ſaſſafr. &c. 4. Cinnabarina. Externe; ol. laurinum ſolum & gibbo & nervis debitum. 2. linimentum ex Ung. Nerv. pingu. caſtor. ol. laur. Spic. later. lumbric. &c. 3. Balneum ex formicis & nervinis chamædr. Salv. ſiderit. Serpill. 4. urticationes etiam ſeduloadhibitæ.hinc reſtitutus plenarie. Obſ. CCXXX.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Paralyſis Univerſalis Curata.

Ab eodem initio dedit Elixir cephalicum cum Spir. ⊕l. cephal. paratum. Spir. magnanim. Compoſ. Laurembergii, infuſum nervinum ſupra citatum, urticationes, inunctiones ſpinalis medullæ, ſudorifera & purgantia ſtudioſe vitavit. denique Spir. ✱ci & urinæ utramque abſolverunt paginam. Externe præter balneum formicarum cataplaſma ex Symphyto appoſitum ſæpius fuit. His intra aliquot menſium ſpacium convaluit. Obſ. CCXXXI.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Opiata in affectu Iliaco

ab Hernia, à D. Wedelio probata.

Invenit 1. tumorem herniosum instar ovi gallinacei in inguine durum. 2. Summam alvi stipticitatem. 3. Tormina ventris & tumoris dolores maximos. Adhibuerat huic individuo sæpius feliciter carminativa cum anodynis lenioribus remixta. 2. jussit applicari clysterem emollientem & resolventem.

℞. rad. lil. alb. ℥ij. fol. parietar. mercurial. malv. branc. ursin, à mj fl. cham. Rom. melilot. à, p. iij bacc. laur. ℥ß. Coq. in s. q. ▽. Simpl. Col. ℞. ℔j. Elect. lenitiv. ℥j. Ol. chamæm. lil. alb. à ℥ß. ⊖♀r. ℈j. vitell. ov. n. j. m. f. l. a. clyster. Residuum huius applicatum tumori hernioso duro, ut & plantæ emollientes aliæ cum lacte coctæ & linimenta paregorica alia, inde 4. sedes, sed à meridie rediere vomitus & singultus cum virium debilitate, siccitate oris, instante sæpius lypothimia. Adhibita stomachica, cinamomia, cydoniata, theriacalia, cum spiritibus cordialibus. Exterius quoque applicatum cataplasma Theriacale ad stomachum. Omnia vero hæc incassum tentata, viribus vacillantibus & ob vomitum continuantem urgente affectu, popinavit itaque laudanum opiat. ad gr. ij. cum paucis aliis instar boli remixtum, unde emansit vomitus, & singultus sensim diminutus cessavit. Hinc mane sequente die morbi tertio datæ pilulæ purgantes ex

anima

anima & corpore laxativi vegetabilis constantes, sic feliciter, & opinione citius curatus est æger. Eadem methodo rusticum euterocele prægrandi laborantem restituit. Vid. Diatribe Wedelii de Opio c. 12. Obs. CCXXVIII.

* Eph. Dec. I. Ant. 2.

Pulvis Hagendornii renovativus,

in maculis quotannis stato tempore efflorescentibus probatus.

Data sunt feliciter Sanguinem purificantia cum laxantibus per aliquot continuata dies succedente pulvere renovativo ut vocat, aliquot usurpando vicibus. Componitur ex ☿ Diaph. alcool. Spinar. Viperar. & Cinnab. ☿ sublimatissimo, ita non amplius visæ sunt efflorescere. Obs. CCXLIX.

* Eph. Dec. I. An. 2.

Remedium topicum Expertum

in convulsionibus parturientium.

Dnus Jac. Wenceslaus Dobrzensky de Negroponte sequens linimentum ordinavit, quo umbilicus innungeretur:

℞. Axung. castor. ℥j. sal. ♃. ʒß. m. femori chirothecam odoratam alligari, naribus fætida applicari, ad intra per occasionem si liceret, præberi aquam hystericam cum pulvere Marchionis aureo vitæ, tinctura ☽. jussit, sed unctio bis terve spacio mediæ horæ

repetita quietem fæminæ reddidit, ut ediderit infantem ſanum & ſalvum. Obſ. LXVII.
* Eph. Dec. I. An. 2.

In procidentia vteri & inteſtini recti, & Sanguinis nimio ex utero fluxu.

Weikardus & Becherus ſequens Decoctum in uterum iniiciendum efficax eſſe ſcribunt

℞. Gland. exſicc. ℥iij. Uſnea Cranii ℥j. Rad. conſol. biſtort. tormentill. à ℥ß. ▽r. Sigill ʒiij. Lap. calaminar. Ciner. ſarmentor. Herniariæ ſiccæ. à ʒij. abſinth. ʒj.

Coq. in Aq. fol. querc. & tertia parte vini rubri ad menſ. j. pro injectione, quæ efficacior erit, ſi parum aluminis addatur. Obſ. LII. in Schol.
* Eph. Dec. I. An. 2.

Liquor Conſervativus.

Daniel major Cor taxi integerrimum longo tempore in ſequenti liquore ſervavit, qui non eſt, niſi Spiritus vini ſpiritu ſalis leniter acuatus, & infectus admiſto Elæoſaccharo Terebinthinæ ac lavendulæ Obſ. CCLV.
* Eph. Dec. I. An. 2.

Errhinum tutiſſimum.

Eſt vitriolum album ſubtiliter pulveriſatum vel ſolitarium vel miſtum. Vitriolium

lum album expertus est Wedelius in ▽ simplici vel cephalica solutum pennaque naribus modeste applicatum liquare in debita quantitate ex voto catharros & extravocare, ita ut in infantibus etiam recenter natis præ Spiramentorum nasi obstructionibus vix lactare valentibus & suffocandis feliciter aliquoties id adhibuerit Cl. Wedélius. Secundum quem hoc medicamentum omne fert punctum. Obs. XIV.

Ephem. Dec. I. An. 3.

Fluxus hæmorrhoidum.

Illum aliquoties expertus vir magnificus cum per aliquod tempus uteretur Tinctura martis aperitiva, illam nunquam sensit amplius teste D. Wedelio. Obs. XXII.

* **Eph. Dec. I. An. 3.**

Ischuria X. dierum.

V. S. tum revulsionis tum præcavendæ Renum inflammationis causa celebrata fuit in brachio, in pede femoribus cucurbitulæ scarificatæ affixæ non scarificatæ renibus & secundum ductum vreterum applicatæ ac tractæ, Catheter vesicæ immissus sed sine ulla emissione urinæ. Ex pharmaceuticis in usum tracti clysteres emollientes & appropriati ex herbis saxifragia, urtica, terebinthina, ex lacte & oleo lini, amygdalarum dulcium, liliorum alborum : Un-

 guenta

guenta Anodynum, Clyſmaticum: pulmenta ex parietaria, oleo ſcorpionum, butyro; linimenta ex iisdem lumbis, renibus, ureteribus adhibita: ſic & ſemicupia & balnea ex thermis Badenſibus, ex calce viva ex Sulphure, ex althea, parietaria, malva, raphano, petroſelino, urtica mortua, Saxifragia ſæpius iterata; quibus & pediluvia acceſſerunt. Intus dabantur Decoctum Foreſti, deſtillatum medullæ caſſiæ rec. & limonum integr. vinum cum ſucco limonum, oleum ſcorp. magnum matthioli, aqua ad calculum Hollerii, item aliæ calculi fragæ aquæ potentiſſimæ, arcanum duplicatum Mynſ. magiſt. oc. 69. Sal parietar. Alkekengi, Sanifrag. Ononidis. Spir. ⊖. coagulatus Spir. ⊖. Simpl. pulvis cantharidum. Emulſio ex bacc. Alkek. Sem. violar. c. ⊕, ppto. juſcula cicerum, piperum, hordeacea, avenacea, cum ſucco citri, ſemper reſpiciendo ad calorem. Verum hæc omnia fruſtra, nam propter regurgitationem ſeri urinoſi ægra & potenter delirabat, & toto corpore tumeſcebat. Ergo per purgantia ſeroſa materia per alias vias erat deducenda & revellenda. Igitur caſſia exhibita item ℔j. ſeri lactis cum crem. ♀r. ℥ij: Aqua laxativa, terebinthina vitello ovi ſoluta, imo Serum lactis in quo infuſa erant folia Senn. Rhab. ſem. violar. baccæ Alkek. c. Spir. ⊖. & Syr. flor. perſicor. ac fragar. Per hæc quidem videbatur

reſo-

refocillari, delirium abigi, & tumor cadere, ſed nec gutta urinæ excerni. Tandem ſingulis 8. horis ſumptus Spir. ⊖. rectificatus, cujus per duos dies uſu in principio undecimi ſat notabilis excretus calculus cum ingenti copia urinæ &c. vid. plura. Obſ. XXXIX.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Nephritis Spuria Scorbutica.

Calidiora diuretica malum exaſpirarunt. Spir. ⊖✳ci ſtrenuum hic ſe præſtat averruncum ut & Spir. lumbr. ♁rr. Eſſentia item nephritica e ligno nephritico cum Spir. Salis ✳c. & fragorum extracta, vehiculi loco aqua petroſelini & urticæ, in qua lapis cryſtalli candefactus extinctus. Obſ. XLIV.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Hæmorrhagia Scorbutica.

Hanc nullis juvantibus etiam probatiſſimis in viro ſcorbutico & Hypochondriaco Cl. Wedelius curavit propinato Spir. ⊕li cum Eſſentia violarum pro aciditate moderanda mixto. Obſ. CVI.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Parturiens ſine aquis.

Quia locelli erant ſicci D. Cummenus unguentum pro matricis collo inungento ſequens præſcripſit:

℞. ungt. de alth. composi. ℥iij.
Olei cheirini ℥ß.
Pinqued. Gallin. Taxi ana ℥j.
Ol. chamon. coct. ℥j. m. f. ungt.

pro matre & fæturobo rando seq. misturam qua sepissime maximo cum successu usus est, præscripsit, cochleatim assumendam.

℞. Aq. puleg. fænic. ana. ℥ij. vit. mul. ʒvj.
Tinct. castor. croc. ana. ʒß.
Syr. de arthymis. ℥j. m.

sic intra bihorium fætus sanus editus in lucem est. Obs. CXXXII.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Hepar Bovis Nyctalopes curans.

Nyctalopia facile curatur, si hepar bovinum coquatur, post in tres partes dividatur, & quælibet tertia detur mane jejuno ventriculo Nyctalopi comedenda. Experimentum est D. Gothofredi Mœbii P. P. Jenensis, hoc remedio duos curatos scribit D. Aland. Herm. Cummenus. Obs. CXXXIII. Eundem affectum Hepatis anguillæ super carbones assati esu curatum notavit Panoroleus Obs. pent. 3. Obs. 49.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Singulare topicum in Hydrope Ascite.

D. Simon Schultzius præter varia laxantia seq. species pro sacculis in vino Gallico

lico coquendis & calide ventri applicandis ordinavit, quæ ſpecies aliquoties repetitim ventri applicatæ optime profuerunt. Siquidem poſt applicationem illarum ſemper aliquot dejectiones cum euphoria & magno morbi decremento ſubſecutae ſunt, quem ſucceſſum quoque in alia matrona in ſimili caſu obſervavit.

℞. Rad. ir. noſtr. leviſtic. cal. arom Cyperi galang. cort. rad. cappar. ana ℥j.
Bryon. ℥iij.
Bacc. laur. no. xv. junip. ʒx.
Sem. leviſtic. Dauc. carvj. anis. ana ʒvj.
Cort. inter. ſambuc. mij.
Summ. aneth. abſinth. flor. ſamb. ana mj.
Herb. parietar. veræ. origan. menth. ana mij. inciſa craſſiuſcule. Dent. ad ch.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Colica ex retentione flatuum & fæcum alvi.

Dolor colicus in viro Septuagenario majore 20. neque anodynis neque carminativis neque interne neque externe adhibitis neque enematis aut purgantibus fortiſſimis curari potuit, donec tandem ſequens potiuncula amara dolorem & conſtipationem una ſuſtulit:

 ℞. Pulp.

℞. Pulp. colocinth. in pet· ligat. ʒß.
fl. chamom. noſtr. Centaur. min.
Veronic. ana p. 1. Cap. papav. no. 1.
Ciavi el. ʒiß. ſem. anis. ʒß f. decoctio in aq. chamomill. ſ. q.
Colaturæ ℥iiß. admiſce ol. amygd. d. ſ. △. rec. expr. ℥j. mann. calabr. ℥ß. m. f. potio. Obſ. CL.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Raucedinis Remedium.

Commendatur Syrupus de Eryſemo Matthiæ Lobelii, cuius remedii nobiliſſimi uſum multoties expertum eſſe in raucedine à Catharro etiam difficillima in plurimis & ſe ipſo confirmat Dr. Simon Schulzius, dignumque eſſe exiſtimat, ut omnes officinæ pharmaceuticæ eum paratum habeant. Deſcriptio hæc eſt.

℞. Eryſæmi totius rec. mvj.
Rad. helen. tuſſilag. ſucco adhuc prægnantium glycirrhiz. à ℥ij.
Herb. borrag. cichor. capill. ♅r. à miß.
Flor. cordial. anthoſ. ſtæchad. vel beton. à mß. ſem. anis. ʒvj paſſ. mund. ʒij. coq. in ſ. q. hord. & hydromel. & ſucc. Eryſem. à ℥vj ad ℔ij. vel iij. col. add. ſacch. q. ſ. f. l. a. ſyrupus. Obſ. CLIII.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Cal-

Calculi Remedia.

Succus ex arbore betula gemmatione turgente primo vere per incisionem uberrime extillans in doliis asservatur & fermentatione adhibita utilem ad calculum tam R. quam V. potum exhibet. Nonnulli præsertim delicatiores sibi ex ista aqua cum melle mellicratum parant. Charleton diatr. de lith. c. 3. p. 179. scribit. Hic liquor unius aut alterius cyathi proportione poculo cerevisiæ bene lupulatæ associatus atque in haustum matutinum sumptus certe spondet effectus ad lithiasis præcautionem optabiles adeoque generosos ut vix ulli nisi incomparabili Dauco antinephriticorum palmam cedat.

Huic remedio non absimilis est cerevisia hordeacea cum silicibus candentibus percocta, quæ potentissime sabulum & lapillos per vias urinarias educit, valent enim silices maxime interno usu ad tartaream mucilaginem incidendam, calculum resolvendum ac proinde ad obstructiones reserandas, huc pertinet quod Forestus. Obs. l. 24. in Schol. narrat ; albos lapillos in littore maris restingui sexies in vino rhenano, quo postea poto calculosi excernunt lapides. Vid. Obs. CLV.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Amentia melancholica.

D. Sim. Schulzius seq. species multum juvisse experientia didicit.

℞. Herb.

℞. Herb. beton. verben. flor. chamæmel. Samb. salv. rorismarin. Nymph. à p. ij. Sem. fœnic. nigell ppt. coriandr. ppt. aneth. à ℨß.

Concisa crassiuscule misceantur & subigantur cum farina & aqua, fiatque s. a. pistoriam panis, qui recissa inferiore crusta, parumque excavata medulla ita calide capiti imponatur. Vid. Obs. CLVIII.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Diabetes brevi curata.

Post v. s. & ex frequenti usu Tincturæ Coralliorum, decocto plantaginis, inprimisque mistura illa, quam Sylvius Prax. lib. 1. c. 30. §. 183. pro temperanda succi pancreatici volatilitate habet, intra quindecim dies malum remisit.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Urina primum suppressa tandem per umbilicum effluens.

D. Andreas Cnöffelius spiritum salis armoniaci acidum per se præparatum præscripsit, quo restitutus est. Usus hujus spiritus, cum medentis desideria valde suppleat, & in omnibus obstructionibus exilium vasorum præsentissimum sit deoppilativum, meretur certe inter primaria medicamenta non ultimum locum. Obs. CCVIII.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Ardo-

Ardoris ſtomachi diverſa Curatio.

Ex uſu lapidis prunellæ in aqua ſambuci ad ℈ß diſſoluti vir conſularis ex vini rhenani potu ardore ſtomachi ardentiſſimo laborans ſtatim alleviamentum ſenſerat, ſed aliquando illo ſumpto dolor auctus ad vitæ uſque periculum, quare Cremoris ♀r. ʒß. Cnœfelius propinavit, & mox intra horæ quadrantem omnis ardor evanuit. Obſ. CCX.

* **Eph. Dec. I. An. 3.**

Singularis olei lini virtus.

Oleum lini vulgo creditur Pleuritidi curandæ ſufficiens; illuſtris quædam perſona prognoſtico relicta à tumore ventris chronico per continuatam olei deſtillativum pleniſſime fuit liberata. Vid. Obſ. CCXVI.

* **Eph. Dec. I. An. 3.**

Medicamentum febri fugum.

Quidam lapide ſciſſili ante paroxiſmum exhibito multos curavit. Waldſchmidio in frequenti uſu fuit ſpecificum febrile, cuius baſis eſt antimonium nitratum, quo multos curavit ſubſequente leni vomitu & copioſo ſudore. Obſ. CCXXXI.

* **Eph. Dec. I. An. 3.**

Atrophia Spaſmodica.

Puer XI. annorum à prima infantia per plures dies ſæpius immanem patiebatur

cepha-

cephalalgiam, tandem in omnimodam incidebat atrophiam cum ſudoribus nocturnis & continuis eiulatibus ob ingentes ſcapulæ ſiniſtræ ad præcordia; & verſus hypochondrium ejusdem lateris tendentes dolores mox pungitivos mox contractivos ſeu ſpaſmodicos. Tandem ad ultimam maciem redactus feliciter curatus eſt deſtillato ex Brodio Gallinæ cum herbis chamædr. centaur. min. flor. hypericon. in quibus latet vis antiſpaſmodica à paucis obſervata, & aliis. Vid. Obſ. CCXXXVI.

Daniel Ludovici illuſtri filiæ prima quidem ſeptimana continuis, ſequenti vero alternis ſaltem diebus mane de Tinctura martis aperitiva ⊕lata guttas duas in ſingulos ætatis annos, hora quarta pomeridiana ſimiliter pro ſingulis annis granum unum arcani duplicati. Atque ſic paucis elapſis diebus habitior facta brevi poſt integre reſtituta fuit facta ſatis vegeta ac corpulenta, qua obſervatione confirmatus plures poſtmodum eodem modo citra aliorum fere remediorum acceſſum feliciter pero curavit. Paratur autem Tinctura illa martialis è vitrioli martis (cum Spir. ⊕'i facti) & acidi ♀r. ana ℥iv. in ▽. ſimpl. ℔iij. debite coctis & ſenſim inter agitandum ad mellaginem exhalatis quæ ſuperfuſis 🜄. comm. ℔iij. digerendo ſolvitur pauco ſedimento (ſi cuncta rite ſunt peracta) relicto, liquor autem ita

ſatu-

ſaturatus poſt nullam aut exiguam ſaltem extractionem ſeu exhalationem uſui reponitur, Eſſentia papav. err. ſi placet, ulterius tinctus. Vid. Obſ. CCL.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Feliciſſima icteri diuturni Curatio per muſcum pulmonarium quercinum.

Hic in ictero fæminæ penè per biennium eodem conflictatæ omnium medicorum ſolertiam eludente, edidit effectum, ut intra ſex dierum ſpacium ex pertinaciſſimo morbo, cum jam de ea actum videretur, emerſerit, alius corpore per medicamentum prius expurgato, de hoc muſco recepit m. j. addita libra cereviſiæ ſecundariæ, quam in olla fideliter occluſa ad dimidium decoxit, poſtea 13. cochlearia tepida mane atque etiam veſperi, eventu pariter feliciſſimo ebibit. Communicavit D. Jacobus Breynius. Obſ. CCXC.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Mictio involuntaria.

Fæmina poſt partum difficillimum ſentit dolores acutos circa pudenda, urina præter voluntatem effluit guttatim. D. Rœsletus præſcripſit ſeq.

℞. Sem. papav. alb. Cydon- ana ℈jv.
hyoſciam alb. ℈ß.
Gum. arab. tragac ana ʒiß.

Rad.

Rad. glycirrhiz. ſantat. r. troch. alkek. ana ℥ß.

Sacch. roſ. tab ℥iij. m. f. pulv.

℞. Mucil. ſem. Cydon. ℥ß. pſyl. ℥ij.

Extracti cum aq. equiſet. & plantag. q. ſ.

Add. alb. ov. no. 1. ol. verbaſc. ℥iiß. roſ. viol. ana ℥ß.

Ceræ qß. m. f. linim. lavetur aq. ſolan. & add.

Ungt. alb. camph. ℥iß. his optimè eſt curata.

ſubjunxit uſum Thermarum Landeccenſium, & integre eſt reſtituta. Obſ. CCCXXV.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Hernia ſive Enterocele.

In puero annorum quinque ſeq. curata. Poſtquam inteſtinum è Seroto reductum, ſeq. pulvere indies mane uſus eſt, in juſculo & quievit aliquot horas.

℞. Fol. conſol. ſarr. ſem. & fol. perfoliat. ana ℥iiß. fol. piloſell. rad. conſol. maj. ana ℥ß. ſacch. penid. ℥v. m. f. p. inunxit etiam inguina ol. momord. & impoſuit Empl. c. Ruptur. cum ſubligaculo quo aliquandiu uſus. Sic integre curatus eſt.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Tinctura Solis.

Daniel Ludovici hanc ex auro fulminante cum rectificato mannæ ſpiritu non perfunctorie paravit. Obſ. CCXLVIII.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Gan-

Ganglia curata.

Ganglia ſunt nodi in nervis. Obſervata in intima parte à talo uſque fere ad femur ſecundum longitudinem nervorum & tendinum durities, & in inferiore parte veluti nodi, hinc impedita ambulatio. Poſt fotum ex abſinthio, artemiſia, origano, ſalvia, granorum juniperi in lixivio curatus eſt.

Curavit D. Rœslerus quendam, qui in nervis utriusque brachii multis gangliis laborabat à cubito ad manum uſque. Poſt purgationem inſtitutam ipſum ſequenti oleo ſanavit.

℞. Ol. limac. lumbric. terr. ana ℥j.
Lib. alb. chamom. ana ℥iß.
Verbaſc. tabac. ſambuc. ana ℥j.
Caſtor. ℈ß. m.

Quo cum mane & Veſperi brachia illiniret ganglia evanuere. Obſ. CCCXXVI.

* Eph. Dec. I. An. 3.

Methodus Confortandi memoriam,

à Dr. Wedelio communicata.

Initio veris, quod tempus huic negotio aptiſſimum, prævia per triduum purgatione & ſi plethora indicat V. S. ſub victus ratione magis ſobria Pharmacia particularis in his quatuor conſiſtit. 1. in apophlegmatiſmo. 2. lotione capitis. 3. in uſurpatione ſpiritus ſeu aquæ magnanimitatis. 4. inunctione cervicis, temporum vel capitis.

1. Apophlegmatiſmus.

℞. Nicotian. rec. & ſuccolent. mij.
Rad. pyreth. maſtich. utriusque ana ℥iij.
Zinzib. ℥j. omnia pulv. miſceantur cum pauxillo mellis ut f. globuli vel pil. mediocris magnitudinis. Hæ pilulæ jejuno ſtomacho ori induntur, quæ attrahunt blandiſſime pituitoſos & frigidos humores è cerebro verſus palatum, qui omnino eiici poſtulant. Poſſunt uſurpari hæ pilulæ ad omnes capitis affectus frigidos quocunque anni tempore, ſed ad noſtrum inſtitutum jucunda illarum uſurpatio vere menſe martio.

2. Poſt uſum hujus caput lavari debet ſeq. lotione.

℞. Herb. meliſſ. majoran. roſmar. fol. laur. ana mj. fl. lavend. lil. convall. Tiliæ, ſtæch. ana p. j. Coq. in vin. gall. menſ. j. ad conſumpt. tertiæ partis. Abluatur caput, & bene extergatur. Interpoſitis 4. vel 5. diebus iterum lavetur.

5. Spiritus magnanimitatis vel aqua Herculea, quæ utramque in hoc proceſſu abſolvit paginam, nec ſolum admirabilis eſt ad augendam memoriam, ſed etiam incredibilem audaciam conciliat meticuloſis, cujus hæc eſt confectio.

℞. Spirit. Vini malvat. ſubtiliſſ. qs. in eo macera per 14. d. herbas ſequentes.
Baſilic. majoran. ſalv. meliſſ. puleg. ana mß fl. borrag. ſalv. primul. ver. roſmarin.

rin. lil. convall. ana p. j. debito modo maceratis herbis f. destill. per alembic. Spiritum impraegnatum serva ad usum sequentem.

Mense junio circa solstituum quaere nidum aut monticulum formicarum, ille autem nobilior & aptior erit, 1. qui manu percussus acidum quemdam nidorem spirat. 2. cuius formicae nulla ova collecta habent. 3. cuius formicae nigrae sunt & majusculae. Rubrae enim & exiliores minus bonae. Hunc formicarum cumulum aperito, & habe ad manum aliquod vas vitreum latioris orificii, cui infunde 4. part. mensurae ♀. ante descripti, videbis protinus formicas ascendere & irrepere in vas illud, allectas fragrante odore, ita in vas tuum collige quatuor aut quinque manipulos formicarum, postea bacillo aliquo ligneo eas probe commove, ut omnes suffocentur. Vas hoc cum formicis, quibus necessum est, ut protinus integram mensuram tui ♀ affundas, expone solis radiis per d. 14. Tandem elice spiritum ex tota illa massa, eique adde sequentia.

Confect. anacard. Cinamomi ana ℥j.
Croc. ʒß. mosch. gr. xij.

quibus omnibus probe permistis perfecte paratus est spiritus magnanimitatis. Huius unum cochlear jejuno stomacho in bono haustu vini assumptum, idque tribus aut qua-

quatuor vicibus iteratum (interpositis duabus aut tribus diebus singulis haustibus) memoriam conciliat admirabilem & fere dicam, plus quam humanam, si quis recte se gerat.

4. Inunctio seu linimentum, quo inungenda tempora & cervix continuato usu 3. vel 4. d.

℞ Nicot. rec. non exsucc. mij.

Basilicon. meliss. prim. ver. majoran. ana mj. contund. omnia in mortar. fiatque inde cum oleo olivar. & butyro insulso massa quædam, cui postea affunde 🜄. rhenani ℥iij. Vini maluat. ℥ij. Aq. borrag. bugloss. majoran. Pæon. ana ℥ß. omnia hæc coquantur, in vase vitreo ad consist. vel crassitiem unguenti, quo utendum mane & vesperi.

D. Petr. Laurenbergius in Mnemonic. Ciceronis ex comm. D. Wedelii p. 604.

* Eph. Dec. I. An. 4.

Virtus ♉. diaphoretici.

Hoc medicamentum arcanum est & summe commendatum in pleuritide tum vera tum spuriâ, in illa discutit egregie humores congestos, acorem absorbet, dolores demulcet, expectorationem promovet, & indicationibus omnibus satisfacit præsertim maritatum cum aliis ut dente apri philosophice ppto (coquitur primum per aliquot dies in aqua sufficiente in vesica cuprea, & hinc in fornacem calidam reponitur, ubi fissura

fiſſura prodit, bene eſſe pptum,) lap. 69. ipſoque opio, quo cum ſolo etiam ſi propinetur, remedium eſt ſufficientiſſimum. In hac ſeu ſpuria flatulenta pleuritide vis ♁. diaph. carminativa inſignis patet. Tum externe cum Emplaſtris diſcutientibus remixtum, ubi flatus ſe ingerunt ſpaciis muſculorum ſæpe cum ſudore eſt laudatiſſimum, tum internè in tumoribus flatulentis puerorum quibus facillime medetur. Obſ. LXXII.
* Eph. Dec. I. An. 3.

Melancholia.

Chr. Frider. Garmannus duos melancholicos unam penitus taciturnam Extr. Diacolocinth. in jure prunorum diſſoluto, alteram Extr. Troch. alhandal curavit. Vid. Obſ. CCII.
* Eph. Dec. I. An. 3.

Curatio Gonorrhœæ.

D. Mollenbroccius eam ſequentibus feliciſſimè curavit. Ad evacuationem materiæ peccantis exhibuit pulverem ſuum purgantem, vel has pilulas.

℞. Terebinth. Cypr. ℈j. Scammon. roſat. reſin. jal. à gr. v. m. f. l. a. pil. n. xix.

Ad fluxum inhibendum.

℞. Croc. ♂ aſtring. ʒj. ℈j. oſſ. ſep. ſuccin. Corall. Ebor. ſ. △. à ℈ij. m. f. p. Doſis eſſe poteſt ℈j a ʒß. Summo etiam cum fructu uſus eſt Tinctura ♀r. ⊕l. ad 20. uſque

 30. gut-

30. guttas in conven. vehiculo. Certissimum Remedium sunt pilulæ Riverii, quæ eum nunquam fefellerunt. Ex Cent. 2. Obs. 74. p. 150 sic describuntur.

℞. Gumm. arab. trag. carab. mumiæ. bol. arm. ana ℨj. pulv. & cum Syr. de ros. sicc. f. massa pil. de qua capiat. æger ℈j. singulis diebus mane duabus horis ante pastum.
* Eph. Dec. I. An. 4. 5.

Curatio Marasmi à D. Schultzio facta.

1. Quotidie mane seq. potionem ebibendam ordinavit.

℞. Aq. viol. endiv. nymph. ana ℥vj. Syr. de endiv. d. cucurbita ana ℥ß. f. haustus.

2. hora 4ta pomeridiana Balneum aquæ dulcis fluviatilis tepidæ imperavit, ventriculi interim regione crusta panis vino hispanico & pulvere Cinamomi conspersa & panno lineo cooperta.

3. post balneum spinam dorsi, scapulas atque regionem renum hoc linimento non liquefacto inungere jussit.

℞. Mucil. sem. cydon. psyll. cum aqua lactucæ extr. ana ℥vj. Lap. prunell. ℨij. ceræ alb. parum. f. l. a. linimentum molle S. Augen-Sälblein 4. post inunctionem de ista emulsione ℥iv. assumebat.

℞. Amygdal. d. excort. ℥ij. sem. 4. fr. maj. excort. ana ℥ij. papav. alb. ℥ß. c. s. q.

Decoct.

Decoct. tenuis ptiſan. hord. f. l. a. Emulſ. edulc. ſyr. de cucurb. ℥iv. m. hiſce ſpacio 2. ſeptimanarum continuo uſurpatis flacciditas muſculoſi habitûs ad oculum remiſit, nihilominus tamen per unam alteramve ſeptimanam in uſu Balmi tepidi, inunctionis & Emulſionis continuavit. Obſ. XLVI.

* Eph. Dec. I. An. 4. 5.

Icteritia Curata.

Sequenti Emulſione & applicata exterius Tinca vulgo Schleie.

℞. Aq. centaur. cichor. fragar. ſamb. ana ℥vj.
Sem. melon. cucurb. ana ʒij. papav. alb. ʒiß.
Nucl. perſicor. ʒj. f. l. a. Emulſ. add. ſyrup. fragor. ℥j. Spir. cinamom. ʒß. m.

hac Emulſione ſæpius propinata & ad ſex dies continuata priſtinus color naturalis reſtitutus. Dr. Cnöffelius ſancte affirmat multos icteritia flava affectos hoc medicamine reſtitutos eſſe hac conditione, quod ſimul circa ſecundum diem pilulæ ad mundificandum Sanguinem & bilis correctionem fuerint patienti exhibitæ. Obſ. XLIX.

* Eph. Dec. I. An. 4. 5.

Hydrops & pedum tumor.

Febrem petechialem comitatus per remedia hydragoga ſuccini ſal volatile cura-

tus à Cnöffelio, inter alia autem Cinnabaris ♉ tribus vicibus ſublimata adhibita, cuius ℨj. lagenæ vini iniecta juncto ſale vol. ſuccini gr. XXIV. (tribus epotis lagenis taliter confecti vini) ſexto die totam fere aquam intercutaneam per urinæ vias eduxit. Obſ. LVIII

* Eph. Dec. I. An. 4. 5.

Gangrænæ in Genis infantum Curatio.

Sæpe infantes ex variolis in ore & circa & finem mandibularum puſtulas contrahunt quæ ulcus corroſivum faciunt, quod tandem totam genam usque ad radicem naſi inferiorem abſumit, morte ſequente certiſſima. Omnibus incaſſum adhibitis cum ſucceſſu & fructu ſpiritus ſalis melle roſaceo ad ſufficientem aciditatem permiſtus loco ulceroſo illinitus ſemper reſpondit voto medentis, etſi dimidiam genam ulcus abſumpſerit. Obſ. LX.

* Ephem. Dec. I. An. 4. 5.

Præſens remedium contra Variolas ne tam fortiter vel confluant vel faciem dehoneſtent.

In initio erumpentium variolarum ſtatim debet facies illiniri ſpiritu vini myrrhiſato ad duos dies repetitis vicibus. Præter lapſis diebus ſaccharum ♄ni aquæ roſarum mixtum linteaminibus intinctis faciei ſæpius iteran-

iterando applicatur, quod si patientes linteamina renuant, potest tota facies levi penna, hac mixtura saturata illiniri. Sæpius cum maximo emolumento applicatum est, & Cnöffelius observavit, quod etsi variolæ copiosæ fuerint, tamen relictas post has cicatriculas vix apparuisse, & non incongruam faciei formam effiguràsse.

* Ephem. Dec. I. An. 4. 5.

Sanguinis sputum tertia vice apparens percuratum.

Detractis è mediana dextri brachii per vices partitas aliquot unciis sanguinis D. Sim. Schultzius ad vasa pulmonum lacerata consolidanda tam curationis quam præservationis gratia præscripsit sequentia remedia.

1. quidem istud conditum.

℞. Conserv. ros. antiq. ℥ij. fl. nymph. viol. papav. err. consolid. maj. ana ℥ß.
Flor. cichor. veronic. salv. Enul. ana. ʒiij.
Spec. diatrag. fr. diamarg. fr. ana ℈ij.
Corall. r. ppt. fl. 🜍. alb. ana. ʒß.
Cum. s. q. syr. d. symphyt. Fernel. f. l. a. conditum molle, dequo ad nucis juglandis qu. sæpius sumebat.

2. hunc syrupum.

℞. Syr. d. symphyt. Fern.
succo plantag. ros. sicc. ana ℥iij.

 M.D.

M.D. ad vitrum, de quo ſingulis matutinis bina cochlearia cum hauſtu Cerev. calidæ uſurpabat.

3. poſtea talem emulſionem.

℞. Amygd. d. excort. ʒx. ſem. 4. fr. maj. excort. ana ʒij. papav. à. ʒiij.
Cum aq. plant. nymph. portulac. roſ. ana ℥iiiß. f. l. a. emulſio. cui add.
Syr. de portulac. pap. ſimpl. ana ℥iß. m.

Tandem hoc epithema collo & hepati applicandum.

℞. Aq. plant. portulac. roſ. ana ℥iiß.
Acet. roſac. ℥ij.
Pulv. roſar. myrtill. bol. arm. ana ʒij.

m. d. quibus uſurpatis priſtinæ ſanitati reſtitutus annuo curriculo bene valuit. Ut tamen à nimio & violento motu, calidis cibis, & ſermone longo atque ſonoro ſibi ad tempus caveret, ſerio injunxit. Obſ. LXXIII.

* Eph. Dec. I. An. 4. 5.

Iſchuria Triduana Curata.

Præmiſſo acri & ſtimulante Enemate ſeq. pulverem aſſumpſit.

℞. Spec. lithontrip. Fern. gr. xxiv.
xtall. ♀r. ℈ß. ⊖. ſtip. fab. ononidiſ. ſuccini à gr. iij.
Spir. ⊖. gt. ij. m. f. pulv. cui pro vehiculo ſit ſequens hauſtus.

℞. Aq. petroſ. malv. ana ℥iß. ſyr. d. alth. Fern. ℥j. m.

Deinde

Deinde inunctio est facta dorsi & laterum. seq. linimento.

℞. Ung. Agripp. Arregon. ana ʒij.
Ol. scorp. ʒij.
Destill. aneth. junip. rut. ana gt. jv. m.

Et sic per Dei gratiam intra 2. horas liber urinæ fluxus secutus est. Obs. LXXIV.

* Eph. Dec. I. An. 4. ſ.

Apthæ Puerorum.

Nihil est, quod tam præsentaneam afferat opem, quam oleum raparum, si in eo dissolvatur saccharum, quantum potest, illudque ovi illitum lambant. Experimentum Jo. Ludovici, quo etiam ad duram alvum in infantibus emolliendam nil tutius & convenientius. Si in hoc oleo ebullierit ☿r. vivus, præsentissimum evadit remedium contra lumbricos. Obs. LXXXIII.

* Eph. Dec. I. An. 4. ſ.

Usus formicarum insignis in Paralysi.

Balneum ex decoctione formicarum in paralysi dextri lateris expertus D. Sim. Schultzius, cum balbutiente lingua verba ægrè proferret, post seq. mixturæ usum loquela pedetentim est restituta.

℞. Mithridat. Dam. ʒiij.
Extr. castor. ℈j. Aq. apopl. ʒij.
Ol. st. lil. conv. rosmar. ana gt. v.
Syr. d. Stæch. f. ℥j. m.

qua

qua frequenter lingua & fauces inungebantur. Sed cum motus sensusque brachii & pedes tardius redirent, quamvis variæ inunctiones tam spinæ dorsi quam artuum cum frictionibus sæpius instituerentur, fomentationes quotidianæ ex formicis & earum Myrmecio cum aqua fontana decoctis præsentaneam opem, & firmum constansque partibus affectis robur attulerunt. Obs. CXXVIII.

* Eph. Dec. I. An. 4. 5.

Palpebrarum paralysis.

Purgantia universalia & capitis particularia interna resolventia, vesicatoria retro aures, externi cum aquis & oleis nervinis litus &c. frustranea erant omnia. Tandem incidit vis olei ♀r. nigri, sæpius in resolutionibus æque ac contusionibus nervosarum partium comperta, & applicatum est palpebris inferioris frontis parti ad Emplastri quasi formam cum ceræ particula redactum brevi evanescente malo, ut obtutu defixa in uno satis oculatam se testaretur. D. Daniel Ludovici. Obs. CCX.

* Eph. Dec. I. An. 4. 5.

Sal volatile tartari,

Dan. Ludovici.

Minorum sumptuum & parabilius est, si ⊖♀ri part. iij. cum Spir. terebinth. ætherei

ætherei p. j. miſceantur, ſtent in digeſtione uſque ad coagulationem. Quo diutius ſteterit, eò melius evadit Sal. Abſtractione lente factá, ſi opus ſit, deſtillatio fit per retortam, aſcendente in ſublime ſale volatili virtutum admirabilium, ita ſieri poteſt proceſſus cum quovis Sale fixo, & Oleo aromatico. Wedel. in experim, chym. nov. de ſal. vol. plantar. c. 2.

* Eph. Dec. I. An. 4 5.

Præſentiſſimum remedium Paracelſi adguttam Roſaceam.

Eſt aqua mercurialis quæ paratur ex ☿♎ti ℥j. in aquæ ℔j per horæ quadrantem cocta, ut ebulliat. Hæc exterius ſæpius illita tollit pruritum. Obſ. LVI.

* Eph. Dec. I. An. 4. 5.

Emmenagogum expertum.

D. Joel Langelottus pro illo venditat familiares ſibi pilulas de Sagapeno ſale martis duplicato & ſale ſuccini permiſtas, quo remedio nihil unquam potentius ad reſerandas uteri obſtructiones comperit. Obſ. XIII.

* Ephem. Dec I. An. 6. 7.

Vermicularis Herbæ vires, & præcellentia in ſcorbuto.

D. Bernardus Below curavit herbæ ejus mundatæ & lotæ m. viij. in cereviſiæ

Vere

veteris libris octo vaſe tecto ad medietatis conſumptionem ebullire, & ſingulis, vel ſi id vires non ferant, alternis diebus jejuno ventriculo decocti ejus tepidi hauſtum trium quatuorve unciarum exhiberi, ac optatum ſemper eventum deprehendit, hoc ſaltem obſervato diſcrimine, quod facilius & copioſius vomentes reliquis citius ſanitatem recuperaverint.

Quibus gingivæ corruptæ aut dentes vacillant aut exciderunt, decocto hoc calido, in quo alumen crudum & mel roſatum ſoluta, ſæpe in die os collui juſſit.

Quinquaginta & plures contracturas genuum fortiſſimas & talorum ad poplitem retractiones paſſi, decocto hoc ſimplici aliquoties propinato & herba cocta ac expreſſa rigidis in poplite nervis calide ſæpius applicata, faſciisque alligata brevi convaluerunt.

Ulcera tibiarum ſicca difficulter alias curabilia poſt uſum ejus internum, ſimplici decocto elota, iterata herbæ in cerevſia coctæ applicatione nullo negotio curantur. Reliqua etiam accidentia, præmiſſa huius Rizotami exhibitione convenientibus remediis facile cedunt. Obſ. XXII.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Linguæ Semiparalyſis.

Verbi divini miniſter concionari amplius non potuit propter linguæ laxitatem ſeu

ſeu ſemiparalyſin, varia tam interna quam externa in uſum tracta fuerunt fruſtranea. Tandem ſeq. mixt. eum curavit.

℞. Mithridat. ʒj. extr. acor. ℈j.
Rad. Aron. pulv. ℈ij. Eſſ. caſtor. g. vj.
Ol. carfunc. gutt. iv. m.

quando in concionando hæſitabat, illinebat cito in ſuggeſtu linguam, & ſtatim ſermonem abſolvere poterat. Tandem à diuturno medicamenti uſu lingua in totum reſtituta eſt. Obſ. XCII.

* **Eph. Dec. I. An. 6. 7.**

Dolor Brachii intolerabilis.

D. Wînclerus præſcripſit varia purgantia, ſudorifera, Epithemata quoque nullo emolumento, tandem ſequens ſacculus adhibitus dolorem omnem ſuſtulit.

℞. Milii non excort. miij. ſal. comm. mj. fl. chamom. Herb. abſ. ana mj. furfur. tritic. mij. calefiant in tigillo, indantur. Sacculo & applicentur calide. Obſ. XCIV.

* **Eph. Dec. I. An. 6. 7.**

Curatio Phthiſeos.

Fæmina poſt hæmoptyſin ſæpius moleſtam in cidit in pthiſin adjuncta hectica. Expuit tuſſiendo purulenta cruore tincta, aderat ſudor colliquativus, reſpiratioque valde difficilis. Tamen unico hoc medi-

dicamento præter ſpem & opinionem omnium evaſit.

℞. Rad. ſymphyt. maj. Tuſſilag.
Enulæ mundat. ana ℥iiij.
Coq. in ▽. ſ. q. ad mollitiem, tunde & trajice per ſetaceum.

℞. Paſſ. maj. min. ana ℔ß. coq. in brodio reliquo à radicibus & extrahatur pulpa eodem modo.

℞. Salv. acut. Betonic. hyſſop. veron.
Heder. terr. pulmonar. maculoſ. ana mj.
Coq. ad mollitiem in brodio à paſſulis relicto.

℞. Decoct. colat. ſacch. canar. ℔j.
Coq. ad conſiſt. coletur. add. pulp. Radicum & paſſular. amygd. d. excort. pinear. rec. probe piſtar. ana ℥iij. Cinamom. ʒij. croc. ℈j. m. f. l. a. Elect. Eodem medicamento paucis mutatis D. Winclerus filium ſuum trium annorum, cui poſt petechias ſuperatas Vomicæ in pulmonibus quatuor vicibus collectæ & ruptæ, ita ut pus in magna copia expectoraret, macie valde confectum & calore hectico conſumptum, Deo ſic annuente, feliciter reſtituit. Obſ. XCV.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Ulcus in maxilla curatum.

Vidua quædam ulcus in maxilla inferiore dextra exterius non procul à mento multis annis apertum habebat, quod etſi

chi-

chirurgi varia adhibuerint remedia, tamen sanari non potuit. D. Winclerus dedit purgans & cerussam ♉ cum conservis cephalicis, in forma Elect. & brevi tempore ulcus absque externis medicamentis exsiccatum & persanatum est. Obs. XCVIII.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Pædarthritis.

Puella 10. annorum post variolas tam in brachiis, manibus quam pedibus circa articulos tumoribus infestabatur duris, ægre ad suppurationem pervenientibus. Alii aperti erant, alii non, ex apertis ichor effluebat tenuis, rarius aliquid puris. D. Winclerus dedit Decoctum ex rad. chinæ & sarsap. admistis herbis spleneticis & hepaticis imo & purgantibus sibi ad mundificationem sanguinis familiare, jussit ulcera aquâ calcis vivæ eluerentur & turundæ illinerentur sequenti unguento.

℞. Ung. Diapompholig. ℥ß. sacch. ♄ ʒj. m.

Tegerentur deinde Empl. gryseo. Ad tumores duros relictos tandem præscripsit Empl. diaphoreticum Mynsichti, ita in integrum restituta est. Obs. C.

* Eph. Dec. I. An. 6.7.

Nodus Callosus sive tumor durus ad genu à Casu ortus.

Cum tumor Chirurgorum medicamentis nihil imminueretur, sequenti Emplastro à D. Winclero præscripto brevi temporis spacio persanatus est.

℞. Empl. diaphor. Mynſ.
de ammon. For. ana ℥j.
Ol. ♀r. deſt. nigr. ʒj. M.

Sæpius tumores duros ad maturationem non aptos hoc Emplastro discussit. Obs. C.
* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Calculus Vesicæ.

D. Winclerus puero 12. annorum calculum vesicæ comminuit & frustulatim expulit unico hoc medicamento.

℞. Sem. Viol. purpur. ℥ß.
Aq. fragar. ononid. alkek. ana qs.
F. l. a. Emulſ. add. asell. pp. ʒj.
Sang. hirc. pp. ʒß. ſp. lithontrip. ℈ß.
Spir. Tereb. ℈ß. m. D. sæpius cochlearia 2.

Frustula excrevit satis magna, & ad nigredinem vergentia, ita ut cortex unus alteri superductus videretur. vid. cista med. Hornungi. Ep. 273. p. 484. Obs. CII.
* Eph. Dec I. An. 6. 7.

Remedia in lumbrico lato.

D. Winclerus puellæ 15. annorum duplici tertiana laboranti dedit purgans.

℞. Spec.

℞. Spec. diaturb. c. Rh. ʒß. xtall. ♀r. gr. vij. pulv. jalap. ℈ß. m. f. p.

dejecit sæpius & tandem lumbricos latos ad 9. ulnas cohærentes. Dedit, si quid reliquum, seq. pulverem quotidie ad ʒß.

℞. Sem. santon. ʒj hyperic. citr. ana ℈j. rad. Filic. flor. tanacet. ā ℈ij.
⊖li calc. c. c. ust. pp. ana ʒß. m. f. p.

& in integrnm restituta est. Obs. CIV.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Remedium in Hydrope Ascite.

D Winclerus ordinavit seq. nodulum, de quo vinum infusum bibens quotidie, optime sanitati restitutus est.

℞. Rad. ir. nostr. ʒij. fænic. cichor. ana. ℥j.
HB. chamædr. fumar. agrimon. Capill. ♀r. hepat. ana mß.
Flor. acac. persicor. ana ʒß.
Spec. aperit. fol. S. S. St. ana. ʒvj.
Rhab. ʒiß. turpeth. alb. gumm. ʒvj.
Rad. mechoac. jal. ana ʒij. galang. ℈ij.
Sem. cartham. cont. ʒiß. anis. ʒj.
Cort. ☉r. ʒß. ⊖ ♀r. ℈j.

incis. contus. commixta lig. in nodulo. Obs. CVI.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Surditas post febrem malignam.

Thonerus p. 117. observ. gloriatur se Ecclesiasten ex febre continua per meta-

taſtaſin materiæ auditus difficultate laborantem ſola aqua Anhaltina cum bombace auribus immiſſa curaſſe. D. Winclerus corpus purgavit, fotus applicavit, cucurbitulas dorſo & brachiis affixit, caput decoctis herbarum lavit, aurium cavitati Aq. anhalt. & alia diſcutientia ſexcenta indidit, omnia ſine levamine. Tandem fumum Tabaci ordinavit; & cucurbitulas poſt aures affixit, quibus tandem perfectæ ſanitati reſtitutas eſt. Obſ. CX.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Suffuſio Tunicæ adnatæ.

Diſſipationem meditans Wedelius exhibuit ſudoriferum liquidum cum Eſſentia ſuccini alcalina, exterius vero præter veſicatorium nuchæ applicatum, Balſamum Ophthalmicum ex pinquedine viperina & collyrium ex craco metallorum cum aqua chelidoniæ majoris &c. ex voto ſanitatem & vigorem priſtinum brevi reſtituit. Vid. Obſ. CXXIV.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Febris tertiana in Sene mox in principio ſuppreſſa.

D. Simon Schultzius ad ventriculum roborandum ſtatim ſeq. remedium præſcripſit.

℞. Elix. Propr. Paracelſi ℥ij.

Eſſ.

Ess. absinth. ʒj. m. de qua mixtura singulis matutinis guttæ 11. 13. aut 15. cum jusculo sumantur. Sed ne paroxismus febrilis tertia vice ipsum adoriatur hora una aut altera ante paroxismum hoc antifebrile sæpius expertum ordinavit.

℞. Tart. alb. subtiliss. ppt. ʒj. salis abs. Lap. prunell. ana gr. iij. N. m. gr. j. m. f. p.

Quo assumpto paroxismus nunquam rediit. Obs. CXXXVII.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Palpitatio diuturna ventriculi.

Hæc tandem nullo alio remedio, quam Requie Nic. ℈j. aliquoties ante cibum deglutita à D. Simone Schulzio feliciter curata est. Obs. CXLI.

Singultus diuturni Curatio.

Hunc prælaudatus medicus jam aliquoties contumacissimum sustulit sequenti mixtura quam fideliter communicat.

℞. Vin. Cydon, Tinct. ros. ana ℥j.
Syr. Cydon. ℥ß. extr. Zedoar. gr. xv.
Ol. st. cort. aur. gr. iv. laud. op. gr. ij.
m. pro potiuncula cochleatim sumenda. Obs. CXLIX.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7.

Fluor albus.

Puella nobilis octennis correpta eſt per 3. menſes fluore muliebri ſive albo menſium fluxu cum pallore faciei, cephalalgia gravi, reſpiratione anheloſa, palpitatione cordis, laſſitudine gravativa, appetitu penitus proſtrato &c. Dr. Jo. Mathias Neſterus præſcripſit vinum medicatum, ac poſtea Tincturam Coralliorum cum Spiritu lignorum præparatam, & ſic patientem optimæ ſanitati reſtituit. Obſ. XXV.
* Eph. Dec. I. An. 8.

Diarrhœa pertinax curata.

Diarrhœis pertinacibus graſſantibus, ut pleraque remedia eluſerint, plerisque tandem profuit, Helmontii remedium ex ovis ad duritiem coctis cum aceto roſaceo exhibitum, præſentaneum & facile, & nemini injucundum laude digniſſimum, nemini non opem certam attulit. Una tamen curata eſt Philonio cum bolo arm. & conſerva papav. err. mixto, cui ova illa oxirhodana non contulerunt, ita teſtatur G. Hieronym. Velſchius. Obſ. XXXVII.
* Eph. Dec. I. An. 8.

Copioſus Sanguinis mictus.

Dr. Neſterus contra moleſtiſſimum hunc affectum præſcripſit Decoct. contra Mict. Sang. Mynſ. Troch. de carabe. Gor-

don.

don. Alkek. inprimis Tinct. ♀r. ⊖li D. Mich. ad dissolvendum vero Sanguinem concretum, Decoct. ex radice Rub. Tinct. Tinct. Asparagi c. Syr. d. alth. Fern. oximel squillit. ol. amygd. d. oc. 69. & similia, item ad sanguinis acrimoniam & fervorem corrigendum Apozema ex Decocto malv. portulac. plantag. nymph. burs. past. sem. 4. frig. maj. c. Syr. portulac. viol. tragac. & troch. Gordonii. V. S. non tantum præservationis sed & revulsionis gratia in brachio dextro instituit, sed quo sæpius sanguis per V. S. emissus, eo copiosius sanguis per urinam fluxit. Vid. Obs. XXIII.

* Eph. Dec. I. An. 8.

Tumor lienis.

Hic quia nondum induruerat, applicito malagmate ex Nicotiana ad Helmontii mentem brevi tempore curatus est. Velschius Obs. XXXVIII.

* Eph. Dec. I. A. 8.

♂ Martiale compendiosum.

Dan. Ludovici. Limatura martis pura cum ana ♁nij. boni pulverati (ponamus utriusque seorsim ℥iij.) probe misceatur, productumque hoc denuo cum ⦶ pulv. triplo (quod erit hic octodecim unciarum) tum hæc mixtura per successivas ut in ♁ diaph. ingestiones in olla vel crucibulo ca-

pacissimo ac prius candefacto rite detonetur, relictaque massa edulcoretur, missis tamen circa oras crucibuli scoriis quibusdam minus calcinatis, surgentibusque simul floribus ♁nii infectis. Hoc in Erysipelate, Cachexiis, ictero, ipsa Dysenteria maligna præcipue alii ex regulo martis parato non cedit. Vid. Obs. LXV.

* Eph. Dec. I. An. 8.

Colica Nephritica.

D. Nic. Guilielm. Beckers in pseudo-colica à calculis anfractibus intestinorum inhærentibus in sene communioribus nihil proficientibus præscripsit Emulsionem terebinthinatam cum Decocto Foresti paratam & succo citri curatam ac clysteribus ex sagapeno & bdellio in decocto emolliente dissolutis, quibus 14. avellanam mediocrem adæquantes musco viscoso oblinitos eliminavit calculos, bonumque Senem à cruciatibus liberavit. Obs. LXX.

* Eph. Dec. I. An. 8.

Scroti tumor Oedematosus.

D. Daniel Angelus aperuit scrotum, ut in hernia aquosa moris est in parte inferiori, acuque filum sericum grossius ducente traiecit, instrumento chirurgico, ne membrana erythtroidea læderetur testes sursum attollente. Aperto tumore humor guttatim

extil-

extillavit, poſt paucos dies ſcroto notabiliter detumeſcente, illud linteo multiplici Spiritu Vini myrrhiſato fovit, quo latex ſeroſus citius erumperet. Fomento hoc aliquamdiu continuato, tumor ſcroti turgens prorſus evanuit. Hydragoga igitur blandiora ad uſum vocavit, & inter alia Vinum abſynthites chalibeatum, ex Summ. Abſ. pont. gratiola, ſoldanella, cent. nim. rad. quinque aperient. maj. ireos. polypod. ialapp. mechoacann. turbith. Hermodact. fol. ſenn. bacc. juniper. Cinamomo, galang. cal. arom. ſem. aniſ. fœnic. carui. ♀ albo, chalybe limato; quod optimo ſucceſſu adhibuit, ut æger, qui ſuperne totus emaciatus inferne vero tumefactus erat ſenſim convaluerit, & floridam ac vegetam ſanitatem recuperavit. Vid. Obſ. LXXVIII.

* Eph. Dec. I. An. 8.

In Hydrope medicamentum Euporiſtum.

Viſceribus nondum corruptis magnum multis Aſciticis emolumentum attulit abſinthium cum baccis juniperi recentibus. Illius comarum m. j. baccarum vero contuſarum mß. cereviſiæ menſuris duabus indita, & fictili urceo pro potu in cella recondita voto multorum miſeri affectorum fecerunt ſatis. Quantum ſingulis vicibus epotatum fuit, tantum viciſſim recentis cereviſiæ vel etiam

vini reaffundatur, tertio quovis vel quarto die renovandum. Addito tantillo Rhapontico multum virium accedit Zytho. D. J. Georg. Volckammerus. Obſ. XVIII.
* Eph. Dec. I. An. 9. 10.

Remedia vomitûs cruenti.

Studioſus vomitu cruento correptus ultra menſuram ſanguinis grumati excrevit. Exhibitus ſtatim à Wedelio pulvis ſtypticus parte dimidia lap. 69. remixtus cum anodyni momento. Rediit ſequenti die malum & hinc ter vel quater interpoſitis aliquot diebus. Servatus eſt incolumis, ex hibita vero præter jam dictum pulverem 1. Tinctura martis adſtringens Zwölf. cum tinctura corallorum remixta. 2. mixtura ad vomitum cruentum ſylvii mutatis mutandis. 3. infuſa traumatica ex radice ſymphyt. tormentill. biſtort. fol. ſanicul. agrimon. centinod. bellid. menth. cr. conſ. ſarac. ſant. r. Lap. 69. &c. 4. aſperſus cruori eiecto pulvis ſympatheticus. 5. adhibita V. S. pro tolerantia virium educto ſanguine in pede. 6. alvus ordinarie & pertinaciter obſtructa clyteribus reſerata, cumque obſervaret, potiſſimum lateri dextro incumbentem paroxiſmo corripi, juſſit perpetuo patientem ſiniſtro latere reclinare, his medicamentis intra duas ſeptimanas æger reſtitutus, in paroxiſmo ſæpe ad tres vel quatuor horas lipo-

pothymiis correptus, quibus remediis & alii plures curati ſunt.

Pulvis ſtipticus in Dyſenteria, hæmoptyſi diarrhæis et aliis fluxibus p. n. Wedelio ſæpius probatus remixto inprimis laudani opiati gr. ß. vel j. ad ℈j. ejusdem hic eſt:

℞. Rad. biſtort. tormentill. ſang. Drac. lap. hæmat. corall. bol. arm. ppt. trag.* gr. act. oder pulv. bez. à ℥j. nuciſt. ℥ß. m. f. l. a. pulvis Doſ. ℈j. ʒß. D. Wedelius. Obſ. XX.

* Eph. Dec. I. An. 9. 10.

Mola portentoſa expulſa.

Hæc xx. librarum pondere ultra tres amos in utero geſtata, quæ nullis antea remediis, plurimis licet adhibitis expelli poterat, beneficio ſpiritus ſalis ammon. ſalſi Zwölf. (in app. Animadv. p. 13. deſcripti) præmiſſo prius lapativo feliciter exturbata muliere ſuperſtite. Obſ. XXII.

* Eph. Dec. I. Ant. 9. 10.

Remedia in Quartana Inverſa.

Sic nominat Wedelius febrem, unus duobus ex ordine diebus paroxiſmus redit, tertio intermittit. Profuit inter alia Tinctura martialis ex arcano tartari liquido menſtruo aqueo ſoluto & filtrato cum paucis guttulis liquoris martialis ex Cap. mort. fl. ſalis ammoniac. martial. in momento tincto, & pul-

& pulvis ex ♉. diaph. arcan. duplic. & conch. ppt. à ℈j. cum oleo antifebril. gt. ij. ante paroxismum propinatus. Obs. XL.

* Eph. Dec. I. An. 9. 10.

Euporistum in nimio sanguinis ex utero fluxu.

D. Jo. Schmidius in gravi hæmorrhagia uteri jussit venam secari, propinavit lapidem hæmatitem in substantia, propinavit in Tinctura Sang. Drac. corall. spod. sinum, ventri admoveri iusit linteum cœruleum immersum aceto calido, frustra omnia, cortices aurantiorum immaturorum virides in aqua decoctos diligenter propinavit, expertus est emolumentum, sed malum non sublatum, tandem stercoris suilli parum ventri applicari iussit, & statim integre sisti hæmarrhagiam experitur, cum autem subinde recidivam pateretur, semper eo remedio levata est.

Alia vidua adhibitis quidem interius remediis pluribus, Decocto præprimis millefolio & cort. aur. immatur, jusculo etiam ex partibus 2. aquæ millefolii & parte 1. vini Alkant. cum ovo facto multum quidem levata est, in hæmorrhagia verò vehementi suillum stercus celerrime omnium sanguinem sistebat, à gravi hoc morbo perfecte liberata, continuatis nihilominus incrassantibus

tibus sanguinem & fermentationem figentibus. Obs. LVI.

* Eph. Dec. I. An. 9. 10.

Usus Catechu in vulneribus oculorum.

D. Ehrenfridus Hagendornius in vulnere oculi, unde humor aqueus tanta effluxit copia, ut volam manûs tantum non adimpleret, subsidente statim globosa oculi figura, cum hæmorrhagia non vulgari, dolore intolerabili & vicinarum partium singulari tumore, in consilium vocatus jussit pulvisculum ex catechu ritè præparata myrrho, saccharo cand. &c. concinnatum per vices in oculum immittere, unde elapso paucarum horarum spacio sanguinis humorisque aquei fluxus cessavit. Cuius tamen usum ob metum recidivæ reiterare jussit, cum tamen ob dolorem pulveris formam ægre ferret, pulvis iste cum aquis quibusdam ophthalmicis junctus tepideque in oculum instillatus est. Sic oculus pristinam sanato vulnere recuperavit memoriam. Obs. LXXIV.

Ephem. Dec. I. An. 9. 10.

Ischuria diuturna ex calculo.

Multis tam in-quam externis sine fructu adhibitis ex sequenti potiuncula ad modum & methodum Foresti concinnatâ levamen secutum est.

℞. Rad.

℞. Rad. glycirrhiz. alth. asparag. scorzon. ana ʒj.
Herb. malv. petrosel. chærefol. ana mß.
Flor. malv. p. iij. granor. saxifrag. bulb. ℈j.
Sem. viol. malv. ana ʒß. 4. frig. maj. excort. ana ℈ij. petroselin. ℈j.
Cicer. rubr. hord. mund. ana ℥ß.
Cynosbat. sicc. no. VI. passul. minor. ℥ß.

incisa stent. Aq. calid. infusa per horas 3. post coq. ad remanentiam Colat. expr. ℔j. add. syrup. d. alth. Fern. ℥ij. m. d. s. Eröffendes Träncklein auf etzliche mahl.

Cæterum multa exhibita, ut malvaticum juniperinum Rolfincii, cujus usum toties in tali casu summè proficuum medici deprehenderunt, dein tanquam summum & infallibile arcanum exhibitus pulvis ex operc. cochlear. cum. lap. 69. & sem. bardan. medull. saxor. sed vomitus, singultus, vesicæ tensio, ischuria perseverarunt. Vid. Obs. LXXVIII.

* Eph. Dec. I. An. 9. 10.

Aphonia improvisa brevi curata.

D. Lucas Schrœkius juveni Lypothymia & simul sermonis privatione correpto præscripsit medicamenta Spiritus animales & vitales reficientia.

℞. Aq.

℞. Aq. apopl. Lang. c. Carbunc. à ℥ß.
epilept. pueror. ℥ij.
Cran. hum. ppt. gr. xv. conf. alkerm.
c. ʒß.
Tab. man. xt. perlat. ʒij. diambr. c. ʒj.
m. d. ad v. f. haupt und hertzsterckende Wasser.
De hac aqua guttulæ aliquot in os diductum sensim infundebantur. Exterius vero tempora, nucha & nares frequenter oblinebantur Balsamo tali.

℞. Bals. apopl. c. succin. rut. à ℈j. m. ad
pixid. stanneam. S. Schlagbalsam.

Præterea linguam fricare jussit hac mixtura.

℞. Ther. andr. conf. anacard.
conserv. fl. anth.
lilior. convall. ana ℈ß.
Ol. succ. dest. gt. iij.
Syr. d. stæch. F. ʒij. m. ad fict.
S. Hauptmixtur.

ut in superiori corpori restagnantes vitiosos humores subtraheret, seq. exhibuit potiunculam.

℞. Mechoacann. nigr. gr. vj.
oder pulv. cholagog. simpl. gr. vij. marchion. ℈ß. crem. ♀r. ℈j.
cum nucl. pin. in tenuem pulvisculum tritis add. infus. laxat. D. Mannagettæ.
aq. ceras. n. ana. ʒvj. m. f. Reinigungs-Träncklein.

Assumpto hoc pharmaco intra bihorium verbula balbutire incœpit, & potum postulavit.

lavit. Priori non satis operante fœcibus male olentibus viam aperuit brodio prunorum laxativo seq. in modum parato.

℞. Mann. calabrin. Sel. ℥ß. fol. senn. alex. s. s. ℥ij.
Crem. ♀r. spec. decoct. aperit. lenitiv. min. ana ʒß.
Coq. in brod. prunor. Damasc. s. q. ad dimid.
Colat. ℞. ℥iij. d. pro. usu.

Exin æger integram loquendi facultatem rursum est adeptus. Capiti autem & stomacho vigor restitutus Electuario hoc roborante.

℞. Elect. stomach. Strom. ℥ß.
Conserv. fl. anth. lavend. tunic. menth. ana ʒvj.
Cond. cort. & carn. citr. aurant. ana ʒij.
P. Stomach. Birckm. ʒj.
Spec. diambr. c. ℈ij. Syr. è stæchad. F. q. s.

M. f. Elect. & sic pristinæ sanitati restitutus est. Vid. Obs. LXXXIX.

* Eph. Dec. I. An. 9. 10.

Passio Iliaca ex inflatione ventris, & obstructione fæcum.

Contraxerat hanc vidua senex ex urente frigore in itinere, huic in initio D. Jo. Spechtius exhibuit digestivum ex tartaro vitriol. & tart. alb. crud. dein pulverem pur-

purgantem ex tart. albo crud. cum diagrid. & ol. anis gt. j. bina etiam emollientia & carminativa Enemata, altera die repetiit tartar. crudum, quem in colicis ex Hernia pro singulari secreto D. Jo. Georg. Schwabe habuit, additis tartaro vitriol. Spir. ⊖. coag. & Elæosacch. fænic. cumin, maxime cum sopitis laud. op. doloribus spasmum vel convolutionem intestinorum relaxatam existimaret. Adjunxit his, si forte fœces induratæ in intestinis substitissent, fotus emollientes & relaxantes sacculis in lacte decoctis ex rad. acor. enul. meliss. tanacet. fl. cham. v. & rom. bacc. laur. juniper. sem. anis. fenic. cumin. aneth. hinc alvus repetitis dejectionibus soluta, & vomitus qui per triduum stercorei & fœtentes molesti fuerant, cessarunt. Vid. Obs. CXIV.

* Eph. Dec. I. An. 9. 10.

Abscessus Testium,
à Dan. Ludovici curatus.

Sive ab externis sive internis caussis tumor seu affluxus ortus fuerit; si competentibus topicis resolvi noluerit; convenientius non observavit D. Daniel Ludovici, quam Emplastrum de Hyoscyamo, utpote insigne simul mitigativum, vicinis lithargirio, ceu vocant (at bene subacto saturatoque) munitis; intus contra complicatum calorem febrilem aliquoties cum cin-

nab. nat. gr. viij. vel x. dato concharum vel oſtrearum levigato pulvere, potui inſtillato Cliſſo, ita brevi ſe ad ſuppurationem compoſuit, cuius peractæ indiciis præſentibus, ſcrotum in loco acuminatiore & rubicundiore aperuit modo ferro, modo (in tenerioribus plerumque) applicata ſaltem ibi ſub prædicto Emplaſtro pinguedinis leporinæ particula, quo teſticuli pus brevi poſt facile viam invenit, nec difficulter ſub quiete patientis inter digeſtivi balſamici è Terebinth. Cypr. cum melle roſar. & tandem Emplaſtri cuiusdam ſtictici ſimpliciſſimi (quale commode è terra ⊖-li dulc. ol. hyperici ſaturatiori, ceræ ac Terebinth. ſ. q. componitur) competentes applicationes totum conſolidatum eſt.

Alii teſtis contuſus, intumeſcens & inflammatus curatus eſt præter interna applicato ſolum ſimpliciſſimo ex una myrrhæ, duabus ceruſſæ partibus cum Camphoræ tantillo & farinæ ſiliginis aliquot cochlearibus conſtante pulvere.

Prædictum autem de hyoſciamo Emplaſtrum conſit ex oleo ejus expreſſo, cum turionum, antequam in flores abeant, expreſſo ſimiliter ſucco pro ſalium more cocto, addita huic ceræ ſ. q. Therebinthinæque pauxillo, totum, dunc adhuc fervet, per linteum colando: ſeparato ſic craſſamento

eva

evadit Emplaſtrum eleganter viride. Vid. Obſc. CLVIII.

* Eph. Dec. I. An. 9. 10.

Vomitus Cruentus à Lumbricis.

Sartor 36. annorum tuſſi, dolore capitis, & aſſumpto cibo phlogoſi cum quadam anxietate corripitur. D. Wedelius propinat Elixir Proprietatis antiſcorb. guttulis paucis liquoris martis medicatum addita guttula ol. cariophyllor. quæ compoſitio & elegans & polychreſta eſt. Exterius Balſamum ſtomachicum præſcribitur. Quarto die inſignis quantitas ſanguinis vomitu excernitur. Datus pulvis ſtipticus anodynus & reſolvens ex pulv. ſtipt. ʒj. oc. 69. ℈j. laud. op. gr. 1. & potiuncula ad methodum ſylvianam ad hæmorrhagias ſiſtendas. Reſtitit per ♂♀. cruor, inde repetiit. paroxiſmus excreto una cum ſanguine lumbrico longo, tereti. Exhibita tum prædicta tum Eſſentia traumatica cum anodyna roborata, triduo poſt denuo excrevit vermem adhuc majorem, & ſic ex voto convaluit. Obſ. VII.

* Eph. Dec. II. An. 1.

Syncope Periodica.

Quidam maxima pectoris auxietate corripitur ſubito, eodem momento turbatur caput, linguæ uſus ſiſtitur, collapſus itaque iacet omnis ſenſûs expers &

 inſtar

inſtar mortui ſine reſpiratione ſenſibili & pulſu notabili. Wedelius ordinavit non niſi duo medicamina.

1. Mixturam antiſcorbuticam ex Spir. cochlear. comp. ♀r. rectif. & ſalis ſtriati anaticis partibus liquore martiali (è flor. ⊖*ci martial.) & Eſſ. anod. aliquot guttis tinctam mane & veſperi aſſumendam ad gt. xxx. vel xxxv.

2. Pulverem abſorbentem ſuum ad doſes x. ſub ingreſſum lecti capiendum, inde ſingulari Dei gratia affectus ſtatim cedere viſus eſt, nec redire unquam. Repetita ergo ab ægro medicamina in paulo majore quantitate, ut eò certius tolleretur omnis recidivæ metus. Obſ. X.

* Eph. Dec. II. An. 1.

Tumores & Verrucæ Cadaveris contactu curatæ.

D. Wedelius eius exempla plura enarrat. Ut in conſiliario Saxonico excreſcentiam palpebræ ſuperioris oculi dextri ad ovi columbini magnitudinem ſenſim increſcentem, & conſimilia in palpebris tubercula, & infinitas in manu verrucas, cadaveris contactu atque frictu inſenſibiliter & ſucceſſive ſublatas teſtatur. Obſ. XI.

* Eph. Dec. II. An. 1.

Præ-

Præcautio abortûs.

Fæmina è thermis redux cum ventrem currui graviter allisisset, fætum & uterum improvidè læsit, adeo ut abortus immineret. Impetus nempe allisionis tumorem & inflammationem in utero excitavit & soluta chorii unitate sanguis copiosus effluxit, & infans commotus attentavit exitum. Jo. de Muralto seq. ordinavit. V. S. in cubito statim fuit facta, sic fluxus sanguinis cohibitus, inflammatio mitigata, & infans quieti redditus, choriique vulnus sanatum.

Quem in finem quoque statim lumbis tepide applicatum Epithema ex burs. past. anserin. plantag. equiseto, pilosella, roremar. marrub. artemis. ros. r. & flor. papav. cum mutellinæ radicibus & granatorum cortice vino rubro incoctis, addito aceti momento.

Interne exhibuit sperniol. Croll. ℨß.
Bol. or. pulv. ℈j. in aq. burs. pastor.
Item ℞. conserv. ros. antiq. ℥ij.
Lap. hæmat. troch. d. carabe,
De terr. sigill. de spodio.
Croc. ♂t. adstring. ana ℨj. laud. op. gr. viij.
C. syr. cydon. & de ros. sicc. f. Electuar.

de quo nucistæ quantitatem quotidie sumebat, quod certe remedium in hoc affectu, aliisque D.B. mira præstitit. Ita fætus sensim ro-

roboratus & multo tempore poſt vivus in lucem prodiit. Obſ. CV.

Curatio vulnerum

D. Joannis de Muralto.

Vulnera ſimplicia curantur manuum miniſterio. Primo eorum labia coniungantur, dein inſtillatur calide oleum hyperici, addito viſco ex ulmi ſylveſtris veſiculis vel terebinthina denique ſuperpoſito linteo & faſcia vino calente madefacta. Poteſt & ſequens balſamum utiliter adhiberi.

℞. Fol. & flor. hyperic. ſalv. ana miij.
Rad. valerian. ſylv. ℥ij. conciſa imponantur fictili affuſo vino albo antiquo ad eminentiam ſtent in infuſione per biduum, poſt add. olei vet. ℥jv. frument. integr. ℥j. bull. ad conſumpt. vini agitando. Tandem colato et expreſſo adde Terebinth. ℥viij. Thur. pulv. ℥ij. lente denuo coquatur usque dum thus diſſolutum fuerit.

Feliciter etiam utitur unguento Nicotianæ quod vulnera & ulcera inveterata ſanat, & hoc modo paratur.

℞. Fol. nicotian. rec. contuſ. ℔ß.
Pingued. porc. ℥jv. coq. lento igne in unguentum.

Vulnerariæ potiones ex artemis. beta rubr. ſanicula, vinca pervinca, virga aurea, ſcabioſ. agrimon. pimpinell. &

oc.

oc. 69. paratæ vel maxima percurant vulnera.

Compositorum vulnerum cura restringitur ad hæmorrhagiam, inflammationem, dolorem, contusionem, convulsiones, febres ceu accidentia iis supervenientia. Omnibus his symptomatibus succurrit V. S. quæ remedium est universale, si in principio administrata fuerit. Purgatio quoque in declinatione instituta juvat.

Hæmorrhagia vulneri superveniens non statim sistenda, sæpe enim febrem, inflammationem, & dolorem inhibet, illa autem protinus compescenda, quæ spiritus enormiter exhaurit. Igitur, tunc in parte opposita V. S. fiat. Hoc enim præsentissimum magnis vulneribus remedium est. Cœterum ad sistendum sanguinem conducit equiseti pulvis tenuissimus sanguini vulneris calenti admixtus, loco pulveris sympathetici sufficit vitriolum calcinatum & cum ovi albumine mixtum in linamento implicito vulneribus applicâsse.

Febris & inflammatio vulneri superveniens V. S. clysteribus & diæta refrigerante ac humectante aufertur, loco affecto eundem in finem commode applicantur plantoginis & rosf. rub. folia contusa, item farina hordei in lacte cocta addito croco & rosf. rubr. pulvere forma cataplasmatis.

Vulnerum dolorem V. S. & purgatione nihil proficientibus mitigant anodyna è vitellis ovorum, farina hordei, vel mica panis albi cum croci tantillo in lacte decoctis. Quod si dolor rebellis fuerit, mucilagine seminis papaveris albi contusi cum lacte parata, vel Tinctura opii & croci cum oleo rosato atque chamæmelino superabitur. Vid. plura Obs. CVIII.

* Eph. Dec. II. An. 1.

Hydrops uteri ex mensium retentione.

De Muralto adhibuit pessus uterinos fausto cum successu. Præterea de Electuario contra pestem ter die sumpsit ægra, & bibit vinum tartaro martiali infuso alteratum. Quorum medicamentorum usu per umbilicum ruptum copiosa aqua effluxit, jussit continuare medicamenta memorata & foramini aperto Emplastrum nigrum Helmontii imponere.

Electuarium contra pestem paratur ex rad. Angelicæ, valerian. sylv. helen. bacc. juniperi. scord. sem. rutæ & melle despumato. Hæc Theriaca est rusticorum, hydropi, matricis inflationibus, cachexiæ, refrigerato hepati, cruditatibus stomachi, febribus pestilentibus apprime conveniens.

Tartarus Martialis fit ex tartaro crudo, limatur. chalybis, cinamomo, aniso, fœniculo, & radice caryophyllatæ vulg. Hic ob-

obſtructionibus menſium, cachexiæ & melancholiæ opitulatur, appetitum excitat, ſanguinemque perficit. Emplaſtrum nigrum Helmontii componitur è ceræ citr. olei oliv. ana ℥iij. reſin. ℥iß. ceruſſ. ℥ij. Cera, oleum & reſina diſſolvuntur & igne coquuntur, tunc ceruſſa ſenſim additur totumque ad aliqualem nigredinem percoquitur.

Hoc Emplaſtrum præterea nuchæ impoſitum oculorum affectibus medetur, item lienis tumori atque dolori, nephritidi, lumbagini, mammarum tumoribus dolentibus, torminibus ventris poſt partum, podagræ, clavisque pedum. Obſ. CXIV.

* Eph. Dec. 2. An. 1.

Dolor Iliacus ab Hernia.

Hunc dolorem curamus fotu è foliis malvæ, bismalvæ, ſemine lini. Deinde oleo lil. alb. partem inungimus & ſi fieri poteſt, inteſtina. Senſim ad ſitum naturalem redigimus: poſt faſcia ex panno fortiore locum arctè ſtringimus & ægrotantem balneo immittimus ex anſerina, lupulo, convolvulo, plantag. radice virgæ paſtoris aqua parato, idque per hebdomadam quotidie horis aliquot. In exitu ex balneo auferenda eſt faſcia, & Empl. adſtringens applicandum cum alia nova faſcia: demum in lecto ægrotans collocetur, ita ut pectus ſit pedibus declivius. Die octava Empl. aliud

admovendum ex pulvere musci saxatilis rubei, glandibus quernis, consolida maj. cumino, & gummatibus adstringentibus vino rubro & melli incoctis, idque triduo quovis repetendum est, fascia munimenti loco desuper adhibita. Intus autem quotidie mane & vesperi hauriendus potionis cyathus.

℞. Rad. consolid. maj. & min. rusci. burs. past. fol. hepat. nob. ling. cerv. capill. ven. ana mj. croc. ʒj. trita & concisa infund. in ℥xx. vin. opt. r. & dimidio cyath. mell. Digere per diem, & colaturam usui serva:

Mox ab hac potione dandæ tres pilulæ è pilis leporinis cum melle paratæ. Tandem per decem hebdomadas m. & v. utendum est pulvere hoc efficacissimo, quæ plurimos restitutos cognovit de Muralto.

℞. rad. aron. martio collectæ ℥iv. pyrolæ ℥iß. Semperviv. sylv. radices no. viij. Herb. filipendul. mj. rad. succis. ℥ij. Sem. perfoliat. ℥iß. virgæ ☉. sanic. helen. nummular. veronic. rad. Hirundinar. ana mj.
M. f. pulv.

Alvus si forte constiparetur, solvendus est clysteribus aut suppositoriis. Clysteres parari possunt ex decocto fol. rut. abs. fœnic. addito chamomillæ vel iuglandium oleo copiose.

Deinde Muralto observationem addit ilei à ver-

à vermibus in puerpera & in fine observationis tabulas stomachicas contra vermes ita describit:

℞. Corallin. mar. ʒj. diaphoret. ♁tial ʒij. Sem. portulac. ʒiij. sancti ʒiiß. dictamn. cc. usti. ana ʒj. rhabarb. ʒiij. caryophyll. ʒj. croc. ℈ß. M. cum sacch. ℔j. in aq. gramin. qs. solut. f. Tabellæ dos. ʒj.

Hæ vermes trucidant & alvo irritata expurgant, vermium quoque ovula destruunt. De Muralto Obs. CXVIII.

* Eph. Dec. 2. An. I.

Phthisis inveterata & deplorata curata.

D. Jo. Georg. Sartorius jussit Phthisicum consummatum nutriri & refici solo lacte caprillo admixta bona sacchari qv. insuperque singulo quovis die m. & v. ʒij. pulv. de fungo salicis Rufæ cum sacch. cand. tantundem sumere. Pultes dedit ex lacte, vitellis ovorum, butyro insulso, saccharo, farina hordei, oryzæ &c. pectus & spina inungebantur linimento resumptivo cum oleo rosar. & viol. Quibus debite adhibitis recteque administratis intra mensem ita restitutus, ut perfectè, & optime sanus & vegetus, vividioreque etiam quam antea corporis constitutione convaluerit. Eadem cruenta correptus phthisi Episcopi Bambergensis hortulanus præfato pulvere restitutus fuit, cui præterea noctu ante lecti ingressum

gressum Emulsio ex amygd. d. excort. sem. 4. fr. maj. & papav. & aqua nymph. quotidie propinabatur.

angelic. cichor. ana ℥ij.
fol. agrimon. trifol. fibr. cochlear.
fumar. rut. murar. cuſcut.
ſalv. chelidon. m. ana mß.
ſem. naſturt. hort. aniſ. cochlear. ana ℥iß.
ſumm. centaur. min. abſinth. noſtr. a. p. ij.
flor. bugloſſ. p. ij.
bacc. juniper. ℥vj.
n. m. gal. m. ana ℥j.
inciſ. & contuſ. d. ad ch. Doſ. quotidie bis ℥iv. inſtillando cuilibet gt. xij. ſpir. ſal. armon.

Poſtea expulit humores per epicraſin, potionibus, pilulis, ἄνω καὶ κάτω, etiam diaphoreticis, inprimis decocto L. Guajaci, tandem in balneum deduxit ita confectum.

℞. rad. lapath. acut. bryon. helen.
herb. ſcab. fumar. veronic. ſalv.
chelidon. m. parietar. malv.
flor. chamom. melilot.
tartar. crud.

Exeuntem unxit ſeq. unguento.

℞. pulv. ariſtol. long. rad. alth. ana ℥j.
lapath. acuth. ℥ß. fl. ♁r. ℈j. terebinth. ℥ß.

 lithar-

lithargir. acet. rosac. prius bene dilut. ʒß. ol. rosar. ʒiij. salv. ʒß. caryophyll. ℈ß. aq. rosar. & ceræ ana qs. f. unguentum.

Dato denique confortante in forma Electuarii cum regimine diætæ, generosissimum virum dimisit pulchre valentem. l. c. Observ. CIII, p. 66.

* Eph. Dec. 2. An. 5.

Chlorosis deplorata cum suppressione mensium.

Dr. Paullini ad humores viscidos & acido-pituitosos præparandos præscripsit vinum medicatum unde pedum tumor statim remisit, appetitus rediit & color faciei magis redditus floridus. Interposuit purgantia per vices repetita sub forma pil. pulv. potiuncularum. Corpore demum recte evacuato menses provocavit balneo, in quo umbilicotenus sedebat tribus diebus ante consuetum mensium fluxum mane jejuno stomacho per horulam.

℞. rad. bryon. lil. alb. alth. ana ℥j. aristolch. rot. ℥ß.
herb. sabin. artemis. sal.
origan. puleg. matricar. mercurial. ana mß.
fl. cheir. chamom. ana mj.
bacc. laur. juniper. ana ℥j.
sem. lin. fæn. gr. ana ℥ß. anis. ʒvj.

à balneo inunxit ventrem seq. unguento.

℞. ol.

℞. ol. cham. lil. alb. amygd. d. ana ℥iij.
pulv. sabin. aristol. rot. ana ℈ij.
styrac. cal. ℥j. cerae q. s. pro unguento.
Quo facto tribus simul auroris ante fluxum ordinarium devorabat fermenti veteris acerrimi ad qv. nucis avellanae, cui aliquid pulv. myrrh. & fol. dictamn. albi cum sacch. admixt. optato cum successu, sic binos intra menses curata. Obs. CIV.

* Eph. Dec. 2. An. 5.

Remedium Contracturae.

Filia biennis totali pedum contractura laborans ita ut minime eos movere posset, in balneum vaporosum ex semine graminis confectum crebrius descendit, exque semine postea exsiccato suffitum paravit ac perfecte convaluit. Alius vir primarius omnino contractus cunctis incassum tentatis eodem remedio fauste & integre restitutus est. D. Paullini in variis contracturis hoc remedium bono cum successu deprehendit, ideoque plebaeiis & pauperculis ultro commendavit. l. c. Obs. CXVIII. p. 72.

* Eph. Dec. 2. An. 5.

Remedium singultus in febribus malignis.

D. Paullini implevit sacculum fol. card. ben. menth. cr. absinth. flor. cent. min. salv. bacc. iuniper. &c. & coct. in aqua impo-

imposuit ventriculo calide optatissimo cum successu. Eodem simplicissimo remedio fœminam, cui sudores frigidi ad quartum usque diem manantes, vires prorsus attritæ, vigiliæ perpetuæ & molestissimus singultus triduanus vix salutis indicium amplius spondebant, feliciter servavit. Ibidem.

* Eph. Dec. 2. An. 5.

Essentia contra vermes Scharffii.

℞. herb. abrot. scord. tanacet. ana mj.
rad. dictamn. filic. zeodar. ana ℥ß.
flor. cent. min. mj. persic. p. ij.
musc. corallin. ℥iß.
sem. santon. coriandr. ana ʒvj.
bacc. junip. ℥ij. myrrh. opt. Theriac. And. ana ℥ß.

Conc. & contus. infunde s. q. spir. juniper. rectif. Tinctum quod est separetur, & novus spir. affundatur, coniunctis liquoribus add. spir. c.c. sale vol. impraegnat. ℥ij.
M. S. Essenz wider die Würme. in append. 182.

* Eph. Dec. 2. An. 5.

Antipestilentiale remedium.

In sævissima peste, quæ totam vastabat Angliam, nil magis profuit, quam sequens pulvis, quem ob salutem publicam ultro communicat D. Paullini.

℞. flor. sulph. ℥ß. lact. sulph. ʒij.
sulph. antimon. aurat. ℈ij.

bufon.

bufon. ad color. ciner. calc. ℥iij.
(vel eorum loco ſal fix. bufon. ℥ij.)
c. c. phil. calc. ℥vj. corall. r.
terr. lemn. ſigill. ana ℥iß.
ambr.gryſ.℈j.rad.zed.zingib.albiſſ. à ℥iß.
ol. cinamom ℈j. ſal. ſuccin. vol. ℈ij.
M. f. l. a. pulv. ſerv. in vitro.
l. c. Obſerv. XLVII. p. 31.
* Eph. Dec. 2. An. 5.

Cura ſterilitatis.

Poſt purgationem cum crem. tart. diagridio acuato, ad ipſum uterum remedia directa, & primum quidem adhibita peſſaria.

℞. ſpec. hier. picr. bened. laxat. ana ℥j.
pulp. coloc. agar. troch. ana ℥ß.
ſpic.nard. ſem. nigell. rom. ſalv. f. ſabin. ana ℥j.

Incorp. cum mell. anthoſ. & f. peſſar. incluſ. panno ſerico. Num. X. uno hora XI. veſpertina applicato & poſt ſeptem horas remoto. Crocea colluvies induſium hic inde tinxit, ideo in hoc deducta eſt balneum.

℞.rad.helen. ariſt. leviſt. pimpinell. ana ℥iv.
fol. artemiſ. origan. meliſſ. ana mjv.
beton. majoran. menth. ſalv. ana mij.
bacc. iuniper. laur. ana ℥i. coq. pro ſemicupio.

in quo omni veſperi ſedit umbilico tenus

per

per horam, in exitu lectum petiit, iniectis ℥iij. huius Clysteris in uterum.

℞. fol. abs. salv. artemis. branc. ursin. rut. ana miß.
spec. hier. picr. agar. albiss. troch. d. myrrh. ana ʒß.
zingib. myrrh. el. ana ℈i.
coq. in vin. alb. & aqua font. ana ℔iß. ad ij.
in colat. dissolv.
elect. diacatholic. ℥ij. f. clyst.

Quo etiam interdum utebatur mane. Hoc clysma reiectum aut pessarium remotum flatus cum murmure & sibilo erumpentes eduxit. Tum instantibus mensibus ad dies aliquot pausa facta, postea semicupium supradictum in insessum mutatum retentis iisdem speciebus. Sudavit egregie, madore absterso repetiit lectum, huncque sacculum per hor. calid. retinuit.

℞. summ. artemis. menth. ana miij.
melliss. origan. saturei. ana mj.
bacc. laur. iuniper. ana ʒiii.
fl. salv. p. ii sem. carvi. fœnic. ana ℥ß.
f. sacculus in vino calefaciendus.

Interdum mane ℥iv. huius vini sumpsit.

℞. abs. vulg. Mj. card. ben. hyssop. salv. à mß.
fol. senn. alex. ℥i. soldanell. ℥ß.
rhab. opt. agar. alb. cinam. zingib. ana ʒi.
f. sacculus in s. q. vin. rhen. suspendendus.

Post menstruam purgationem hoc clystere uterus roboratus.

℞. rad.

℞. rad. arist. rot. ℥ß. lign. aloes ʒiii.
nuc. cupress. rad. cyper. ana ʒii.
calam. ar. ʒi.
fol. dict. cret. saturei. myrt. ana mj.
salv. p. i.
myrrh. el. styrac. calam. benz. ana ʒiiß.
fl. anth. maioran. stæch. ar. ana p. i.
coq. in spir. vin. alb. generos. in colat. ℔iß.
dissolv. troch. de alipt. mosch. ʒij.
ambr. gr. mosch. ana gr. vii. zibet, gr. v.
f. iniectio in uterum singulis vicibus ℥iij.
post huius usum suffumigebatur hoc suffitu.

℞. myrrh. opt. thur. mascul. lign. aloes.
styrac. cal. cinamom. caryophyll. ana ℥ß.
f. suffumig.

Deinde regionem uteri tam in antica quam postica parte inunxit hoc linimento:

℞. ol. cheir. ℥ß.
still. majoran. ℈j. caryoph. salv. ana gt. v.
N. M. expr. ʒi. styr. liquid. ʒij.
mosch. zibeth. ana gr. vj. f. c. s. q. ceræ liniment.

superimposito hoc Emplastro.

℞. Empl. matrical. ℥i.
styrac. liquid. gum. carann. ana ʒij.
gall. mosch. ʒß.
ol. st. salv. caryoph. ana gt. vi. Nuc. mosch. expr. ʒi.

c. ol. cheir. f. Empl. duo. alterum rotundum alterum quadratum, illud pectini hoc coxæ admo-

admovendum. Dum hæc fiebant, quotidie assumebat castan. magnit. de elect. diasatyr.

℞. rad. ering. cond. satyr. ana ℥i.
zingib. in ind. cond. ℥ß.
conf. fl. salv. ℥vj. nucl. pin. avell. pist. à ℥v.
n. m. sacch. cond. no. 1.
sem. eruc. ammeos, past. sylv. ana ʒii.
matric. lepor. ppt. ras. ebor. ana ʒi.
conf. alkerm. ʒiij. spec. diambr. diamosch. d. ana ʒiß.
ambra gr. ʒß. c. syr. de cond. cort. citr. q. s. f. El.

Hauriebat insuper 2. cochl. seq. aquæ contra sterilitatem.

℞. caryoph. cinamom. cubeb. ana ℥i. galang. macis.
N. M. piper. long. ana ℥i. fl. salv. mj.
sem. amm. sesel. zedoar. ana mß. gr. junip. ʒij.
vin. rhen. aq. meliss. ana q. s.

Stent in digest. 6 noct. tunc distill. Corroboratus postea stomachus sale abs. pulv. stomach. myns. & elect. de bacc. juniperi. Sic dimissa & viro conjuncta est. in app. Obs. LXXVI.

* **Eph. Dec. 2. An. 5.**

Calculus vesicæ.

Fœminæ omnimodam urinæ suppressionem cum immanissimo dolore patien-

e

ex lapide veſicæ D. Clauderus ordinavit balneum ex emollientibus & antinephriticis. Pulverem ex operculis cochlear. calcinatis oc. 69. ⊖ fimi columb. addito grano uno vel altero opii cum 🜂 præparat. pro aliquot præbiis. It. Eſſentiam ex eſſentia lumbr. terreſtr. cum ſpiritu proprio, ſpiritu fl. acac. ſalis armoniaci vol. & Tinctura anodyna remixtam. De his una vel altera doſi alternatim ſumpta inopinato ingentis ponderis calculum excrevit. vid. Obſ. Ephemerid. CXCVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 5.

Vulnus capitis per duram menyngem penetrans.

Ex ordinatione D. Maur. Hoffmanni decoct. & Eſſ. traumatica vulnerato ſubinde propinabatur. Vulneri indebatur digeſtivum.

℞. ol. roſac. ℥j. vitell. ov. no. 1.
Terebinth. in aq. betonic. & ſalv. lot. ʒiij.
G. Elemi in ol. roſ. ſuper ignem lentum diſſol. & colat. ʒiß.
Thur. croc. ana ℈ß. m. f. digeſtiv.

Exterius vulneris confinia ol. roſac. ac violaceo inungebantur. Læſo capiti Empl. d. beton. applicabatur. Sacculus denique beton. veron. ſalv. chærefol. plantag. fl. chamom. melitot. ſamb. roſ. rubr. hyperic. ſum-

mit. rorismar. &c. repletus, vino rubello oligophoro calido immersus ac expressus pro fomento blando superimponebatur. Observ. Eph. CCVI.

* Eph. Dec. 2. An. 5.

Luis venereæ cura sine salivatione.

Mercurius dulcis rite præparatus, alternisque diebus in exigua quantitate ad tempus aliquod usurpatus in chronicis nonnullis morbis multum præstat. D. Albrecht testatur huius minutiori dosi exhibiti beneficio absque insequente salivatione se luem veneream feliciter profligasse. Totum artificium in quantitatis debita imminutione medicaminisque certis diebus repetitione consistere expertus est. Obs. XVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 6.

Pædarthrocacis cura.

Ex ordinatione D. Io. Acoluthi agmen ducente purgante (quo solo mature exhibito omnem præcaveri potuisse morbum probabile) antimonialia cinnabarinis juncta exhibebantur, thermis artificialibus ex sulphure & calce viva paratis bis de die puella 12 annorum insidebat, iisque ulcera exacte eluebantur. Emplastra & unguenta erant eadem, quæ Ephemeridium anno adducta, nisi quod diaphoretico Mynsichti magneticum Salæ & cum oleo destillato tar-

tari malaxatio accederet. His quatuor ſeptimanarum ſpacio adeo felices facti ſunt progreſſus ut ulcera quædam omnino clauſa fuerint, cœtera laudabile pus ſuderint, & tumores notabiliter decreverint, ſed paupercula ob cauſas allegatas curam non abſolvit. Cum alio undecim annorum puero remediis ſuperioribus pertinaci morbo illudentibus ſeq. curam inſtituit & omni alio potu ad tempus interdicto præſcripſit decoctum.

℞. carn. viperin. exicc. ℥ij.
rad. chin. ponderoſ. bardan. ſarſap. à ℥iß.
raſ. l. ſ. ʒvj. ſaſſafr. ℥ß. herb. fumar. miß.
epatic. nob. fragar. ana mß.
rad. helleb. n. ℥ß. fol. ſenn. ſ. st. ʒiij.
ſal. ♀r. ʒj. inciſ. & contuſ. macerat. in aqua comm. ℔ ix. per diem & noctem, poſt coctis ad med. colat. & c. ſ. q. ſyr. d. cichor. edulcor.

Mane & à meridie bibit ad uncias 3. vel 4. & ſolio aquæ decoctionis ſaponis veneti cum herbis nervinis & emollientibus inſidere juſſit, ordinato pro bochero decocto ex prioris remanentia reſultante paſſulis & rad. glycirrhiz. pro more gratiore reddito. Aqua extracti artus Empl. de ran. Vigon. cum mercurio primo ſimplici, mox duplicato, & triplicato, tandem quadruplicato excipiebantur. Per hæc membris omnibus redibat motus tumoribus diſcuſſis exceptis genubus, quorum durioribus concretis cum

mercurium nimia viſciditate prædicti Empl. irretitum non ſufficere judicaſſet, laxiori maſſæ eundem ſociavit, nimirum Empl. de Hyoſciamo Ludovici, cujus uncias duas mercurii drachmis ſex impprægnavit, & nervinis oleis deſtillatis malaxavit. Quod brevi nodos gordios ſolvit, puerumque compedibus liberatum ad familiares huic ætati ſaltationes dimiſit. Obſ. XXII.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Grave Delirium.

Dr. Acoluthus Spir. c. c. rectificatiſſimum quovis bihorio ad 60. guttas cum mixtura Analeptica infundere juſſit, unde mox furioſis acceſſibus frænum injiciebatur eodemque per diem aliquoties repetito facilior reſpiratio, faciei detumeſcentia & mentis præſentia ſuccedebant. Tum adſtantes per noctem totam nihil eius exhibuerunt, unde mane eadem rerum facies, ad priſtinum igitur reverſum eſt præſidium, quo intra biduum reſtitutum. vid. Obſ. XXIII.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Pomum Helleboratum Heurnii.

Hoc certum remedium adverſus contumaciſſimam febrem quartanam appellat D. Emanuel Königius, ita Heurnius præparare docet meth. ad prax. med. p. 429.

Pomum

Pomum radicibus Helleb. nigri ad ℥ß. & aliquot caryophyllis transfigitur, foculo sub cineribus coquitur, Helleboroque abjecto pomum esitandum offertur. Tale ante septennium quartanario omnifaria remedia incassum assumenti suasum, qui decenter inde purgatus mox convaluit. Helleborum nigrum Ettmüllerus ut singulare quid in morbis chronicis hypochondriacis, melancholicis & pathematibus ex mensium defectu collaudat. Ejus extractum nulla vi purgandi amplius præditum potentissimum in vertigine, hemicrania cum aloe lota in pilulis remedium. Sic autem paratur.

℞. cort. rec. rad. helleb. n. q. u. affusa aqua pluvia destilla per alemb. in B. M. ad abstractionem fere omnis aquæ. Hanc postmodum addito parum cremor. tartari fermentationi committe, usque dum deferbuerint, & sic altera destillatione spiritum dabunt acrem, in quo vim cataracticam reperies, residuas autem radices leni calore agitando exicca & pulverisa, ex quibus postea per spiritus vini repetitas affusiones extractum confice, à quo etiam aliquoties spiritus vini cohobandus est, usque dum eadem dulcedine ab eo abstrahatur qua affusus est, & sic extractum habebis nulla amplius vi purgante præditum, nisi temerarie.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Remedium Tackii antiphthisicum.

℞. fol. helleb. n. circa solstitium æstivale collect. ℥v. macis ℥j. Q. Ess. antimonii vel aur. perlar. croc. meliss. chelidon. ana ʒv. sacch. in aq. chelidon. meliss. & spir. roris majalis solut. triplum ad omnia M. f. l. a. electuar. Hoc remedium conservationis ad duas vel tres ætates Paracelsus d. vita long. commendat. Obs. XXXVIII.
* Eph. Dec 2. An. 6.

Quartana duplex.

Matrona nobilis quatuor medicorum methodo usa, & cinnabarinis, præcipitantibus & spiritu salis armoniaci ad nauseam usque per sex menses usurpatis liberari non potuit. D. Daniel Crugerus sequentia ordinavit.

℞. rad. gentian. ℥j.
herb. card. ben. chamædr. cent. min. abs. affund. vini Franc. ℔iv. vel q. s. stent. à M. j. in infusione per noctem loco calido. De colat. bibit singulis diebus mane ℥ij. vel iv. die vero quarto apyrexias (unum enim saltem diem à febre vacuum habebat) sumpsit de vino seq. ℥iij.

℞. rad. polypod. qv. rec. ℥ß. fænicul. rusc. asparag. ana ʒij.
herb. abs. cuscut. agrimon. ceterach. adiant utr. chamædr. cent. min. à mß.
fol.

fol.ſenn. ſ.ſt.ʒx.agar.troch. rhab. ana ʒiij. cyſtall. tart. ʒij.

His communibus quotidie uſurpatis degeneravit febris in ſimplicem quartanam poſt 4. ſeptimanas, cum lien & venter detumeſceret. Continuavit hæc medicamenta, poſt ſex ſeptimanas menſtrua redierunt. His finitis hoc Euporiſton bis exhibuit.

℞. ſummit. centaur. min. p. ij.
cort. chin. d. chin. ʒij. infund. per noct. mane de colatura ℥iiiß. exhib. & febris plane emanſit.

Alias ſeq. remedium 30 thaleris venditum.

℞. ſtercus anſerinum qv. pl. affund. ſuccum card. ben. qſ. deſtilla per alemb. deſtillatum ſuper aliud ſtercus fundi poteſt, & reiterari deſtillatio, ut ſatis ſalis volatilis evehat. Eſt aqua valde penetrans. Si menſe Majo vel Julii huius finem colligatur, penetrantior evadit aqua. Huius dantur ℥ij. vel iij. duabus horis ante paroxiſmum cum ſudore aliquoties repetenda. Nec dubitandum in tertiana, ictero & aliis morbis hanc aquam fore proficuam, ſed præmitti debet per purgationem corporis præparatio. Sed qui remedium vendidit, ſaltem infuſum ſtercoris anſerini in vino cum expreſſione adhibuit, ſed efficacius per deſtillationem eſt repertum. Stercus quoque porci maris per aliquot horas in ſpiritu vini Rhenani infuſum,

inde colatum & expreſſum, poſtea ad duo vel tria cochlearia adhibitum, ſi corpore præparato exhibetur plerumque una vice per ſudorem materiam febrilem expellit, ſin vero, febrem ad quatuor ſeptimanas differt. Eſt arcanum Monachi Dominicani Tremorienſis. vid. Obſ. XL.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Experimentum certum in Epilepſia.

Hoc D. Crugeri eſt, quod hactenus cum proximi emolumento adhibuit.

℞. cryſtalli foſſilis ppt. ℥j. corall. r. ℈ij. marg. or. ppt. ℈j. ſmaragd. ppt. ʒß. m. f. pulv.

Cujus media pars eſt una doſis in aqua Tarax. pulverem hunc in hoc puerorum affectu ſæpius comprobavit & per duas ſeptimanas ſingulis diebus ℈j. dedit. In inveterato morbo purgationem tum in infantibus tum adultis præmiſit & in curatione repetiit, extra paroxiſmum hunc pulverem exhibuit, in paroxiſmo autem radicis valerianæ pulverem, aliquando oleum deſtillatum ſuccini, vel catelli fel, vel ſine his pulverem præfatum. Fuſe probat cinnabarim vel nativam vel antimonialem non eſſe antiepilepticum. Obſ. XLI.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Arca-

Arcanum C. calculum D. Timæi.

Dr. Crugerus bis in uſum cum levamine revocavit. Proſtat in ejus Epiſtolis l. 3. Epiſt. 32.

℞. Nenaſivæ viridis, id eſt, anſerinæ Kalendis Maji ante ortum ſolis collectæ m. viij. Lecaſe viridis, id eſt ſecale mjv. exprime ſuccum. add. vini rubr. ad p. o. m. & filtra. Exhibe quotannis primo, ſecundo & tertio die Maji in aurora uncias ſeptem purgato prius corpore. Ratio huius experimenti eſt ſal volatile roris majalis, unde ante ſolis ortum collectio inſtituenda, ne à ſole abſumatur. Obſ. XLIV.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Remedium deſperatæ Diarrhœæ.

In filia 4. annorum. Exhibitus ſemel eſt pulvis rhab. ad ℈j. Item pulveres ex terr. lemn. corall. c.c. uſt. ſmaragd. ppt. His deiectiones meliores apparuerunt, non in totum ceſſarunt. Tandem hoc remedio generoſo, & efficaciſſimo in integrum reſtituta eſt.

℞. corall. r. ℥iij. affund. ſucc. citri ad eminent. 4. digitor. ſtent in m. b. ad dies 4. colatura detur. De hoc remedio ſumpſit mane cochl. j. cum pauco ſacch. & hora 5. pomeridiana iterum cochlear magnum à ʒvj. ad ℥j. fere. Hoc remedium proponit River.

in obſerv. ſuis. Et certe hæc ſolutio majoris eſt efficaciæ quam coralliorum Tinctura. Remedium hoc cum ſyrupo de corall. coincidit, niſi quod ob additionem ſacchari & gratior ſit *, & diuturniorem aſſervationem ſuſtineat. Ceteroquin in fluxu hepatico dyſenterico & lienterico à Joſ. Quercet. in Pharm. dogmat. reſtit. l. 1. c. 12. egregie commendatur. Obſ. XLV.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Infantum à partu difficili quaſi emortuum in vitam reſtituendi methodus.

Si obſtetrix tribus vicibus papillam ſiniſtram puelli, fædati licet impuritate uterina, valide ſugat, tertia vice motus in abdomine & veluti flatulentia ſe exerit cum acceſſu vitæ. Digna eſt hæc obſervatio, ut omnibus obſtetricibus notificetur. Hanc Ephemerid. anno 5. Decur. 2. Obſerv. 121. commnnicat Hannemannus; & hic repetitur Obſ. LIX.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Cephalalgia crudelis ex turgeſcentia menſtruorum.

Dr. Bernardus Valentini veſicatorium applicavit, & cataplaſma ex fermento cum ſinapi & ſuccino. Et omni veſpera tempore decubitus propinavit 12 ad 15 guttas

tas ſpiritus ſalis armoniaci, in quo laudanum opiat. ſolutum. Manè vero aperientibus, inprimis martialibus & infuſo antiſcorbutico inſtitit. Circa novilunium ſuffimigium ex ſulphure aurato antimonii præſcripſit, cum v. ſ., & hac ratione perfectiſſime convaluit. Obſ. LXIX.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Lepidium antiſcorbuticum Euporiſtum.

Commendet D. Wedelius ad ſcorbutum frigidum & ſcribit optimum & facillimum aſſumendi modum eſſe, ſi pani butyro illito ſuperſtrata folia recentia lota prius maſticentur & aſſumantur, uti germanis alias ſolenne eſt eodem pacto foliis rutæ recentibus uti. Omnis ita conticeſcit acrimonia & edulium medicamentoſum gratum aſſumptum effectus edit optatos. Ex eo ſpiritus elicitur ad inſtar ſpiritus cochleariæ, inprimis ex horum combinatione, raphani ruſticani raſura, naſturt. aq. ſedo minori, radice ari, trifolii fibrini &c. compoſitus ſpiritus antiſcorbuticus. Obſ. LXXXIX.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Spiritus & ſal volatile lumbric. terreſtrium.

In arthritide vaga ſcorbutica præter alia remedia antiſcorbutica, martialia, diapho-

phoretica, cinnabarina, anodyna, D. Wedelius illinivit carpo dolenti ſpiritum lumbricorum volatilem, & ſtatim conquievit dolor, cumque vagabundo modo repeteret circa articulos alios, quoties applicatus idem, ſimilis eſt ſecutus effectus, brevi poſt abacto penitus malo. Poteſt etiam miſceri cum ſpiritu formicarum, cochlearia, articulari ad extra, c. c. ſalis armoniaci, eſſ. caſtor. &c. hæc ſane topica nervina & roborantia omnia ſunt optima, & ſæpius probata, modo v. ſ. & purgatio accedat, & proba obſervatur diæta. Via ſicca lumbrici terreſtres menſibus æſtivis tempore pluvio in copia collecti, abluti cum vino, & in aëre libero exſiccati ex retorta per arenam ſpiritum & ſal volatile efficaciſſimum largiuntur.

Elutriari idem affuſa aqua ſimplici vel ſpiritu vini poteſt, & cum ſpiritu rectificatione maritari pro uſu cephalico, nervino, epileptico, anti-ſcorbutico, antiparalytico, arthritico ſingulari. Obſ. XC.

* **Eph. Dec. 2. An. 6.**

Melancholicus ſanatus.

Dr. Georg. Hannæus in juvene 19 annorum curationem à V.S. exorſus hos pulveres matutinos & mixturam veſpertinam cochleatim aſſumendam præſcripſit.

℞. ſpec.

℞. spec. lætif. Gal. compl. ʒß.
⊖l.martis.oc.69. ppt. crem. ♀.à ʒj. m. f.p. divid. in part. XI.

℞. aq. fumar. lactuc. ana ℥iv.pœon. ℥ij. m. d. in vitro pro vehiculo pulverum.

℞. Tinct. succin. castor.spir.sal.armon.à ʒß.
aq. fumar. vin. rorismar. ana ℥ij.
syr. cinam.℥ß. m.d.s. mixtura vespertina.

Unde belle vividi redditi sunt una cum sanguine spiritus. Ab his pervenit ad purgantia, quibus frustra sollicitamus melancholicorum alvum nisi mitigatis prius humoribus. Adiunxit postea confortantia. Agmen medicamentorum clausit hæc mixtura cephalica.

℞. Ess. hyperici, fumar. ana ℥j.
croc. or. ʒß.
spir. sal. armoniaci ʒiß. m.

Cujus guttas 15. m. & v. in vino Rorismarini sorbillavit. His cum usus fuisset medicaminibus; recte valuit & pulchre sapuit. Obs. CXXXVI.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Quartana pediluvio sanata.

Dr. Sophron. Kozack tract. de sale c. 10. sect. 12. p. 54. profitetur omnia symptomata febrilia mire abbreviari, si hora una alterave ante accessionem pedes febricitantis in lixivium tepidum immergantur, in eoque

eoque custodiantur. Hacque methodo plures quartanas difficiles à se curatas fuisse, celebrata pariter v. s. perhibet. Huius vestigia secutus D. Hagendornius pediluvium ex herbis quibusdam antifebriticis cum alumine, sale &c. in lixivio communi coquendis diebus intercalaribus circa vesperam; diebus autem paroxismi instante mox rigore usurpandum quartanario tertium paroxismum passo declinante autumno præscripsit, quod talis fuit energiæ, ut intra octiduum penitus cessarit febris, secuto semper à pediluvii huius usu sudore copioso. Idem se cum successu quoque aliquoties fecisse, pedes nempe in rigoris accessione, in lixivium calidum immittendo, affirmat Dr. Wedelius in Pharm. Acroamat. l. 3. sect. 2. c. 7. p. 352. Obs. CXLIV.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Massa pilularum Rufi odontalgica.

Hæ pilulæ hanc habent virtutem, ut dolores dentium etiam acerbissimos mire sopiant. Utendi autem modus hic est: solvuntur aliquot pilulæ vel certa pars massæ in aceto vini, liquor solutus cum gossypio denti doloroso applicatur, unde quantocius levamen non exiguum percipitur, experimento tum in aliis, tum in me ipso, inquit D. Hagendornius, plus vice simplici facto. Et hæc massa ingreditur quoque massam illam

lam Odontalgicam à D. de Bernitz in fasciculo 2 med. singularium tit. 10. p. 77. ann. sexto Ephemerid. germ. annexo consignatam, quæ sic componitur.

℞. vitriol. ust. ʒj. op. corr. ℈ij. cort. mandragor.

ol.phil.ana ℈ß. M.c.pil. Rufi.q.s.pro consistentia f. massa. Obs. CXLVI.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Tumor mammæ Scirrhosus.

Tentata sunt varia, inter quæ cataplasma ex pane secalino & essentia absinthii bene tulit. Verum hoc cum expectationi minus satisfaceret, tandem impositum fuit Emplastrum cinnabarinum, ex cera, cinnabari & oleo lini paratum, quod ad lac absumendnm & coagulatum dissolvendum vix par habet, nam & hoc aliquamdiu adhibito tumor in totum disparuit. D. Waldschmidius Obs. CLV.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Cinnabaris per præcipitationem via humida parabilis.

Hujus præparationem docet D. Gottofred. Schultzius. ℞. mercur. currentis optime depurati qv. v. g. ʒß. huic in vitro angustissimi orificii affunde Tincturæ sulphuris volatilis sive liquoris permeantis Boylæi ℥ß. vitroque quod ultra medietatem reple-

repletum esse non debet, bene munito, creberrima agitatione sæpius de die iterata; Mercurium in atomos redige, sic ipse primò nigrescet, continuata vero per vices conquassatione leni caloris digestione accedente intra dies aliquot in pulverem rubicundissimum cinnabarinum convertetur; ipse vero liquor omni odore ac graveolentia privatus, supernatante cuticula salina limpidissimus evadet. Obs. CLVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Dysenteria curata in muliere ex illa abortum patiente.

D. Carol. Jos. Müllerus Cons. ros. r. antiq. cum flor. musci terr. clavat. priap. cerv. laud. op. Langelotti & sperm. cet. (cuius usum Dr. Ioh. Henr. Kofferlin univ. Constantiensis Rector Magnificus extollebat) ut & clysteribus consolidantibus persanavit. Observ. CLX.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Gangræna pedis.

D. Maurit. Hoffmannus ungt. ægyptiacum melle rosar. temperatum pedi afflicto & desuper cataplasma ex farin. fab. orob. lupinor. pulvere scordii & flor. samb. cum aq. samb. & oximel simpl. imposuit & sic ægrum ex cymba charontis eripuit. Obs. CLXVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Experta

Experta potio in Dysenteria Epidemica.

℞. aq. hyosciam. ℔iij. syr. fl. pap. err. cydonior. ana ℔ß. m.

Hæc felici effectu acres ebullitiones repressit, tormina sedavit ac vires refocillavit. Obs. CLXXVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Essentia anodyna Clauderi ex Hyosciamo.

℞. residuum à destillatione aquæ hyosciami succum expressum in Extractum inspissa & si inter coctionem observes innatare spumam crassam fœtidam, cochleari caute separa, est enim maligna sulphurea, ac venenata sylvestreitas. Huic extracto superfunde spir. lil. convall. q. s.

Mixtam hanc essentiam appropriatis confortantibus, purificantibus, figentibus &c. pro ut affectus jusserit secure propinare potes eadem dosi ac methodo veluti Essentiam opii. Ibidem.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

In dolore abdominis à sero acri vel acido orto.

Mire prosunt bini sacculi in lacte cocti, alternatim impositi, qui continent Herb. hyosciam. flor. chamom. summ. aneth. semen cumini, bacc. juniper. Non minus

oleum ex ſem. hyoſc. expr. mixtum ol. chamom. vel aneth. & ſtill. chamom. optime conducit. Clauderus interne ſtatim propinat ſal vol. oleoſ. cort. aurant. poſtea ol. amygd. dulc. mixto vini Malvatici modico. Ibidem.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Tinctura Nephritico-hypochondriaca.

℞. tartari crud. miner. ℥ij. ſilic. puriſſ. ☽. puriſſ. ana q. v. circiter ʒiv. ad vj. optime pulveriſatis ſuperfunde roris majal. vel aq. pluv. vel appropriatæ q. ſ. ut bene humectatis digiti unius latitudine ſupereminat. Stent ita aliquot ſeptimanis vel potius menſibus in vaſis optimè clauſis, ut ſpecies magis magisque in ſe agant ac ſe invicem recludant. Aliquoties agitentur, poſtea deſtilla per retortam tubulatam, cochleari materiam ſucceſſive immittendo ad imitationem clyſſi antimonii, & videbis deſtillare tincturam rubiniformem. Nonnulli addunt particulam ſalis vel ſaltem ſalis armoniaci. Alii hoc vaſi recipienti immittunt in deſtillatione pro augenda remedii penetrabilitate.

Miram ſane hoc operam exhibet contra morbos quoſcunque à cruditatibus putridis ac tartaro ſanguinis oriundos. Inſigni pollet virtute diuretica, calculum huiusque analoga glorioſe frangens & expellens.

pellens. Dosis sunt 20. 30. 40. guttæ. Observ. CLXXIX.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Remedia elegantia in Hæmoptysi ob pulmones olim globulo transfossos.

In via à latronibus in sylva sclopeto transfosso sæpius 2. vel 3. dierum spacio 5. 6. ad 10. libras sanguinis purissimi sputo excernente plus vice simplici per 5. 6. 10. imo 15. menses eiusmodi profluvium remediis seqq. alternatim & successive exhibitis, insuper repetita, licet parva venæ sectione, suspensum est. Et quidem in paroxysmo.

℞. Tinct. sulph. vitriol. ℥iij. dos. 30. vel 40 guttæ. 2. 3. 4. vicibus in die.

℞. lap. hæmatit. ppt. ℈ß. antihect. Pot. gr. vij. pulv. anod. terr. catechu ana gr. iv. m. d. in triplo; vesperi unus.

℞. lixiv. lap. 69. (dum his vinum superfunditur & per noctem ita relinquitur) ℥iij. s. confortans ac acidum corrigens. 1. 2. cochlearia aliquando sumantur.

℞. pulv. sympathet. è vitriolo ℥iij. indatur vasculo, sputo cruento humectetur, sicceturque in loco temperato.

Alia vice vel post hæc.

℞. usneæ cran. hum. magist. jovis ana ℈ij. sperniol. Cr. ℥ij. m. opt. ℥ß. pro dosi.

℞. Tinct. ♁r. ⊖li adstring. ℥ij. Ess. opii vel

vel hyoſciam. ſuperius deſcriptæ ℨß. ſ. 30. guttæ pro doſi.

℞. tereb. ven. ℨij. cum lap. 69. & ſpec. diatrag. fr. ana q. ſ. f. l. a. pil. harum nonnullæ per vices deglutiantur.

℞. ſperm. cet. non rancid. gr.xv. vel per ſe in ovo ſorbili vel mixto panis ſacchari ℈ß. D. in quadruplo.

℞. Tinct. fl. papav. err. bellid. rubr. à ℥ß. reſolve ⊕. reffinati ℈ij. pro alteratione ſanguinis 60 guttæ ſumantur inter cibum, deinde

℞. lactis lunæ ℨiß. lap. hæmat. ppt. ℨj. antihect. Pot. terr. catechu. cinnab. nat. Hung. ana ℨß. M. ℨß. pro doſi.

℞. ſem. papav. alb. ℨiij. portulac. ℨij. hyoſciam. ℨj. c. ſ.q.aq. ſymphyt. & portulac. f.l.a. Emulſio. add. ebor. ſ. △. terr. ſigill. bol. arm. ppt. ana ℨj. pro viribus refocillandis & dulcificanda acida ſalſedine.

℞. raſ. ebor. ℥iß. raſ. dent. eq. marin. priap. cet. vel cervi ana ℨij.
fl. papav. err. bellid. rubr. ana p. iij.
gumm. tragac. ℨiij. ebull. in aqua exprim.
f. l. a. gelatina. ℨij. vel ℨiij. pro doſi in brodio.

℞. lact. virgin. id eſt: lithargyr. aceto ſoluti & coct. ol. roſ. vel ſamb. ana q. v. miſce pro unguento ſpinæ dorſi ad ſanguinem alterandum.

Alio in paroxiſmo.

℞. lap. hæmat. ppt. lap. 69. ana ʒj.
sem. portulac. plantag. hyosciam. ana ℈ij. m. dos. ʒß.

℞. pulv. rad symphyt. ℥j. c. s. q. aq. symphyt. f. l. a. mucilago, cui per linteum trajectæ add. syr. d. symphyt. ℥jß. bals. sulphur. ol. semin papav. alb. extr. ℥ß. m. f. l. a. potio contra acrimoniam.

℞. lap. 69. per virg. aur. agrimon. millefol. ana ʒiij. m. aliquando sumatur ʒj.

℞. c. c. ust. ebor. ust. ana ℈ß. pulv. terr. catech. gr. v. m. d. in sextuplo.

℞. ☽. depurat. ʒiß. dissolv. in aqua sperm. ran. plantag. acet. ros. ana ℥ij. m. linteo duplici applicetur thoraci vel dorso pro sanguine alterando in paroxismo vehem.

℞. Ess. terr. catech. ℥ß. d. s. 40 guttæ aliquando inter cibum pro stomachi. solando.

Extra paroxismum & vasis consolidatis per intervalla exhibebantur pro sero acri dulcificando, & balsamo pulmonum restaurando varia jam dicta, quibus addebantur alia purificantia, e. gr. Tinct. è vitriolo ♂t. & sale tartari, Tinctura è vitriolo ♂. & sacch. ♄ni. Ess. ♂t. succo pomorum facta, tragea è lap. 69. ebor. corall. croco ♂t. pro chyli- & sanquificatione juvanda. Inter cibum aliquando mixtura ex Ess. abs. terr. catechu cum spir. salis armoniaci. Extra cibum vero mirabile auxilium in hoc & aliis seri acris violentiam experientibus vidit in potu la-

ctis tepidi, cui frustum chalybis igniti 2. 3. vicibus immissum ad ℔ß. vel plus haustum. Cum Euphoria quoque applicati clysteres è solo lacte addito sacchari modico. Obs. CLXXXIV.

* Eph. Dec 2. An. 6.

Tincturam sulphuris vitrioli parandi modus.

℞. cap. mort. spir. ⊖li comm. per aq. communem penitus edulcorat. & insipidi. Huic affunde spiritus ex anatica portione salis & nitri destillati q. s. ad eminentiam digitorum, vel saltem dicti spiritus mixti, 4. seorsim l. a. destillati.

Virtus medicamentosa.

Tincturæ huius consistit in hoc, ut non modo sedet miraculose omnes hæmorrhagias internas pulmonum, uteri, narium, dysenteriæ ac vulnerum, & hoc quidem tanta efficacia, ut paucissimis saltem vicibus medicum deseruerit, sed insuper quoque edomat cephalalgiam, imo in aqua aliqua appropriata in ore detenta odontalgiam sedat. Dos. sunt 30 ad 40 guttæ. Observ. CLXXXV.

* Eph. Dec. II. An. 6.

Vomicæ pulmonis plus quam quadragesies in muliere sanatæ à Claudero.

Vid. obs. de hæmoptysi & præteriti anni observat. de Phthisi, in specie autem profuerunt illi usta. v. gr.

℞.

℞. c.c. uſt. ebor. uſt. ana ℈ß. lact. 🜄r. pulv. terr. catech. ana gr. iv. pulv. anod. cinn. nat. Hung. ana gr. iij. m. d. in quadruplo.

℞. balſ. peruv. ℈ß. per ſacch. cand. ʒiij. m. ſumatur aliquando modicum.

Tragea è lap. 69. ebor. unic. foſſ. croc. ♂t. cum ſem. aniſ. ac fœnic. pro uſu fere quotidiano adhibita. In paroxiſmo optime conduxit ſperma cet. balſ. 🜄. ol. amygd. factus & alia obſervationibus citatis propalata. Obſerv. CLXXXVI.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Vir ſuffocatione laborans.

Spiritus ſalis armoniaci naribus applicatus, propinatum ſal vol. oleoſ. aniſi diverſis indicationibus ſatisfaciens, venter inunctus ſpiritu compoſito è ſpiritu junip. rut. ſalis armon. camphorat. clyſter revellens applicitus. Cæterum laudabilem uſum præſtant ſal. vol. ol. ſuccini, aurantior. rut. Item Eſſ. caſtor. vol. Eſſentiæ alcalicæ è mumia, fuligine, additis Eſſ. Theriac. aurant. & centum aliis probatæ experientiæ. Obſerv. CLXXXVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Contra Gangrænam inteſtinorum in Dyſenteria remedium expertiſſimum.

D. Francus ſuccum 69. fluviatilium, tam in

jusculis quam clysteribus hoc fine commendat, neque vix dari remedium aptius experientia didicit Dr. Conradus Brunnerus. Obs. CXCV.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Pilularum de Cynoglossa rarus effectus.

Rosinus Lentilius in catarrho acri in fauces depluente & tussim ibi excitante, malo tum temporis epidemico viduæ inter alia pilulas, aliis in eodem casu salutari cum effectu ordinatas præscripsit seq.

℞. Mpil. de cynogloss. ℈j. styrac. cal. myrrh. rubr. ana ℈ß. extr. liquir. gr. xij. extr. croc. gr. v. cum syr. de papav. f. pil. pond. gr. j. dos. no. vj. ante cubitum vesperi sorbendæ.

Hæ semper sexies alvum moverunt, cum tamen multa contineant ingredientia purgantia. R. Lentilius ejusmodi pilulis diarrhæas interdum aut hypercatharses leviores sopivit. Obs. CCII.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Elegantia remedia in Colica spasmodica.

Indicatio fuit scybala loco movere, atroces dolores mitigare, salia acida corrigere.

Quare applicatus clyster ex decoctione herbar. emoll. & carminat. cum tabaci foliis, & præscripta sequens mixtura anodyna dua-

duabus dosibus ante & post meridiem sumenda.

℞. aq. meliss. ℥j. scab. cichor. menth.
syrup. cochlear. citri ana ℥ß.
Tinct. cast. cum spir. sal. armon. parat. ʒiß.
♁. diaph. ℈ij. c. c. phil. ppt. ʒj. laud. op.
M. gr. iß.

Huius mixt. priorem partem, brevi revomuit, sed alteram retinuit. Pro decocto ordin. bibit decoct. hord. fol. senn. c. passul. & succo opii.

Reiectus clyster absque successu, unde novus injectus incoctis foliis senn. & sale tartari, & quia decoctum respuit, & limpidam fontis aquam desideravit, ea permissa addito ol. ♀ri p. deliq. Quia clyster sine excrementis reiectus, seq. apozema ad alvum magis solicitandam præscriptum.

℞. rad. scorz. cichor. rhab. el. ana ʒij.
fol. senn. mund. ʒiij. sem. anis. fænic. à ℈ij.
crem. ♀r. ʒj. incis. & cont. coq. in s. q.
aquæ font. col. ℥iv. pro dosi sumend.

repetitus clyster cum sale ♀r. sed frustra. Sic post prandium anodynum concessum.

℞. extr. castor. ℈ß. cinnab. nat. gr. vj. laud. op.
gr. iß. ol. dest. succin. & chamom. ana
gr. ij. m. f. pil. vij. pro una vice.

Sub noctem recruduerunt dolores, seq. igitur clyster ad illos demulcendos præscriptus.

℞. rad. alth. liquir. lil. alb. ana ℥ß.
fol. alth. malv. mercurial. fl. chamom. ana mj.
bacc. junip. ℨj. pulp. coloc. in pet. ligat. ℨiß.
inc. & contusa coq. in s. q. aq. font. Colaturæ.

℞. ℥xiv. add succ. fimi equin. rec. expr. ℥ij.
ol. oliv. ℥iß. Ess. castor. ℨiß. ⊖. ♀r. ℨj. f. clyst.
bibit interim subinde de mixt. antispasm. seq.

℞. aq. fænic. meliss. papav. rh. ana ℥j.
syr. ros. sol. simpl. ℥iß.
liq. cc. succ. Tinct. castor. c. ♎ ✱c. par. à ℈ij.
ung. alc. ppt. ℨß. M. hauriatur per cochlearia.

Eadem vespera suasum Euporiston illud Dolæi nempe semi uncia saponis Veneti in jusculo soluta.

Exterius præscriptum ungt. d. alth. cum ol. sem. Hyosciami ac axung. capon. pro inunctione abdominis. Superposito sacculo emoll. herbis pleno ac aqua simplici incocto.

Interim hisce omnibus nihil juvantibus alvo manente adstricta hora matutina mercurius vivus haustus.

℞. ☿r. viv. purg. ℥iv. syr. viol. ℥ij. aq. menth. ℥j. misc.

Quadrante horæ post assumptam hanc potionem seq. clyster infusus.

℞. rad. alth. lil. alb. ana ℥ß. fol. senn. ℥i. malv. menth. à mj. bacc. juniper. sem. carvi à ℨj.
incis.

incis. & contus. coq. in s. q. aq. font. cujus colat. ℥x. add. succ. fim. equin. rec. expr. ℥iv. ol. rutac. ℥j. ol. chamom. ℥ß. Tinct. castor. ʒiß. ⊖. ♀r. ʒij. f. clyster.

Dolorum ferocia multum remisit, præscripta igitur ad eos magis placandos seq. mixtura.

℞. aq. cardob. cham. rosar. à ℥j. menth. ʒvj. globul. fim. equin. rec. no. IV. f. infus. per horam in loco tepido. Colatur. express. add. syr. viol. ʒvj. Tinct. castor. c. ♎. ✱c. par. ʒß. ☿. diaph. ℈j. m. pro dosi vespera sumenda.

Clyster etiam ex sole lacte cum sacch. injectus. Mercurius è corpore nondum prodiit, neque flatus, alvus mansit adstricta. Ad laxandum ergo mercuriumque pellendum seq. æger hausit mixturam:

℞. syr. ros. sol. simpl. ℥iij. aq. menth. ℥j. ♎. tereb. gt. xv. m. pro dosi.

Elapsa post huius assumptionem hora seq. clyst. emolliens & incidens infusus.

℞ dec. rad. & herb. emoll. ℥xij. urinæ pueri sani. ℥iij. Tinct. castor. ʒiß. tereb. vitell. ov. sol. ℥ß. ⊖. ♀r. ʒj. m. f. clyst.

Cum nihil ☿rii adhuc observaretur & dolores pari ferocia affligerent, ad laxitatem alvi promovendam & fibras demulcendas seq. mixtura præscripta est.

℞. ol. amygd. d. ℥ij. syr. de alth. Fernel. syr. pap. Rh. aq. plantag. cham. ana ℥ß. bol. arm. ʒß. m. hauriatur statim una vice.

Haud

Haud omiſſa eſt mixtura cardiaco-anodyna cochleatim ſumenda.

℞. Aq.borrag. ℥vj.ſcab.cham.plantag.à ℥ß.
Syr. cochlear. menth. à ℥ij.
Tinct. caſtor. cum ſpir. ſalis arm. ʒß.
bol. arm. ppt. unic. foſſ. à ℈j. Eſſ. op. Langelott. gr.vi. M.

Externe veſica bubula ſemiplena lacte affecto hypochondrio applicata. Alvo nondum dejiciente emulſio anodyna ex ſeminibus ſuaſa. Clyſter therebinthinatus repetitus. Mixturæ antiſpasmodicæ, & infuſum Rhab. cum fol. ſenn. & crem. ♀r. & inunctiones abdominis continuatæ. Sic tandem patiens reſtitutus eſt, relicta ſaltem manuum paralyſi, ad quam interna antiſcorbutica, & potus acidularum de æſtate ordinata, à quarum uſu aliquoties ſatis bene habuit. (Conſerv. Obſerv. CCXXXI.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Pulvis Dentifricius.

Ad Dentium munditiem ſervandam ſequentem pulverem dentifricium ſibi familiarem longoque uſu probatiſſimum commendat Theod. Zwingerus.

℞. oſſ. ſep. ℔ß. corall. r. ℥ij. rad. ir. flor. ſantal. r. ſang. drac. à ℥iß. cinam. opt. ℥ß. Alum. uſt. ʒiij. m. f. pulv. ſubtilis.
Cui majoris gratiæ ergo vel raſ. l. rhod. vel

vel ejusdem oleum destillatum vel moschus aut ambra admisceatur.

Sumendæ radices malvæ majusculæ, eæq; bene mundatæ aceto rosaceo immergantur, sic rubicundæ evadent, hinc iisdem in extremitate contusis & pulvere dentifricio conspersis dentes à sordibus blanda attritione liberantur. Si tartarus non adeo induratus; recipiendus syrupus violarum vel cochleariæ, ei guttulæ quædam ⊖li spiritus, aut alius acidi inspergendæ, hacque mixtura incidente mucosus tartarus undique est abstergendus, postmodum confestim melle rosaceo, cui pulvis boli arm. vel unicornu fossilis vel alius absorbens subactus est; dentes singuli illinantur, tandemque ut stupor à spiritu acido inductus abigatur; aqua rosacea iterum abluendi. Vid. plura. Observ. CCXXXIII.

* Ephem. Dec. II. An. 6.

Ischuria octiduana curata.

D. Lucas Schrœckius in vesica ab humore viscido obstructa balnea ex aqua fontana cum herbis diureticis et carminantibus alterata, cataplasmata, fotus, sacculos, enemata; aquam, pulverem, & potum diureticum adhibuit, & ♈. ⊖*ci urinosi guttas XV. cum vehiculo diuretico propinavit, cuius usum quidem gutta una alterave humoris crassi & viscidi magno cum conatu secuta; postea vero ceu specificum &

exper-

expertum remedium nempe ſpiritus ſalis communis guttæ decem cum nitri depurati granis ſex iunctæ duabus vicibus exhibitæ largiſſimum urinæ profluvium procurarunt. Obſ. CCXI. Confer etiam obſerv. ſeq. in qua quidem empiricus cuidam viro primario in ſuppreſſione urinæ regionem pubis cum pinguedine anſerina illota calide inunxit, dein ſtercus ovillum cum urina pueri in forma cataplaſmatis coctum ſuper oeſipo imponi juſſit, ſubſequente ſucceſſu exoptato.

* Eph. Dec. 2. An. 6.

Arcanum contra Epilepſiam.

Dentes humani attriti & in pollinem redacti arcanum ſunt contra epilepſiam. Obſ. CXXII.

* Eph. Dec. II. An. 6.

Balneum in lumborum dolore.

Mulier hoc crebro infeſtata Balneo curata. Ex cœteris aliis ipſi præſcriptis non profuit ullum, quod ſtrenuam æquè tulerit opem, quam aquæ dulcis balneum. Sacco inditæ fuere ſeq. herbæ:

℞. Meliſſ. origan. roriſmar. ſalv. veronic. flor. ſamb. à mjv. bacc. junip. miij.
Contund. omnia.

Hoc aliquoties inſeſſu uſa melius ſe habere cœpit, & mitior indies reddita

lum-

lumborum difficultas reddita penitus tandem cessavit. Observ. CCXXXIX.

* Eph. Dec. II. An. 6.

Testiculi dextri tumor cum inflammatione jam incipiens nigrescere à concubitu impuro.

℞. unic. marin. ℈ß. pulv. bez. Senn. ʒß.
terr. sigill. opt. gr. XIV. CC. phil. gr. viij.
Aq. calendul. ℥iij. M.

Prævio clysmate hoc dedit sudoriferum, quo sudor egregiè expulsus est cum magno levamine. Dolores in femore compescuit hoc linimentum.

℞. Ungt. dialth. ℥iß.
Ol. chamom. lumbric. 🜃rr. lil. alb. à ℥ß.
laud. op. gr. jv. f. c. cer. qs. liniment.

Ipso testiculo applicatum hoc cataplasma.

℞. rad. alth. ʒß. farin. fabar.
flor. cham. fol. scord.
sem. lini & fænugr. à ℥j.
carvi. ʒß.
Coq. in s. q. vin. et ol. oliv. pro catapl.

Quo tumor sensim imminutus sed durior factus, qui solo ungt. dialth. iuunctus imposito Diachylo simpl. duritiam quæ restabat, emolliit Empl. Foresti de ammoniaco. Obs. XXXII. in append.

* Eph. Dec. II. An. 6.

Fæda

Fæda oris distorsio in juvene curata.

Balneo vaporoso ex graminis semine, quod Heusaame dicimus, & stramine avenaceo, quo simplicissimo ex unico remedio in integrum restitutus. Ibid. Observ. LXIII.

* Eph. Dec. II, An. 6.

Tympanites in Virgine Curata.

D. Georg. Tob. Dürrius exhibuit medicamentum penetrans, incidens, deobstruens, flatus discutiens & simul confortans; quod erat conserva spagyrica. De qua singulis diebus jejuno ventriculo magnitudine N. M. sumpsit interdicto omni medicamento purgante. Potus ordinarius erat decoctum rad. petroselini, raphani sylvestr. rad. glycirrh. & sem. cumini, sic venter sensim ac sensim detumuit integra subsecuta sanitate. Descriptio huius conservæ quæ recipit arcan. duplic. est in Pharm. Augustana reformata. Confer Obs. LVI.

* Eph. Dec. 2. An. 7.

Ascites in muliere septuagenaria.

Tussis quoque & anhelosa respiratio minabatur suffocationis periculum. In tali ætate relicta purgatione præscriptum sequens.

℞. spir. salis rectific. ℨij. sal. abs. ℥ß. M.

Sump-

Sumpsit omni mane gr. v. aut vj. cum ℥ij. aquæ seq.

℞. aq. agrimon. fragor. petroselin. raphani, cumini ana.

Potus ordinarius erat decoctum diureticum in casu præcedente notatum: continuato per 5 vel 6 hebdomadas horum usu convaluit. Et cum post 2 annos recidivam pateretur, iisdem remediis restituta est, alia mulier octuagesimum agens annum ascitica similiter eadem methodo tractata salva evasit. Observ. LVII.

* Eph. Dec. 2. An. 7.

Anasarca.

Idem D. Dürrius plurimos anasarca laborantes restituit decocto rad. vincetox. quod quidem sapore & odore valde ingratum est, & donec ventriculus quasi assuescat, per vomitum sæpe rejiciatur. Propinavit autem tali forma.

℞. rad. vincetox. ab arenosis lapillis mundatæ & minutim incis. ℥vj. infunde per noctem in vini alb. ferventis ℔vij. in olla vitreata. Mane vase tecto coquuntur unica ebullitione, decol. expressa bibat patiens jejuno ventriculo ℥iij. calide, expectando postea sudorem aut in lecto aut sudatorio.

Prius tamen corpus uno aut altero hydragogo

iuxta

iuxta naturæ permissionem purgavit, modò in forma pulveris.

℞. spec. diaturb. c. rh. ℈ij. magist. jalap. gumm. gutt. vitriolat. à gr. vj. ♀. ⊖ lat. gr. v. m. f. p. pro 1. dosi.

modò in forma Electuarii.

℞. Cons. violar. chal. acet. Tamarind. ppt. ana ℥ß. pulv. rad. jalap. ʒj. diagrid. sulph. ℈iiß. cryštall. ♀r. ʒj. bacc. laur. ℈ij. rob. ebuli ʒiij. ol. st. sem. anis. gr. v. cum syr. fl. viol. m. f. elect. divid. in 4. aut 5. doses matutinas. Potus ordinarius fere semper erat lixivium ex cineribus juniperi & lign. quercus. Observ. LVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 7.

Tenesmus.

Frustra tentatis variis remediis nihil magis profuit, & quasi incantamenti instar quam olei mastichis destillati gt. v. aut vj. cum aq. menth. puleg. & plantag. ana sumptæ m. & v. Obs. LIX.

* Eph. Dec. 2. An. 7.

Icterus niger cum dextro hypochondrio tenso & hypogastrii dolore, & scabie sicca.

℞. rad. fragor. asparag. ana ʒiß.
flor. cartham. & persic. ana p. j.
agaric. troch. ʒij. fol. el. ss. t. ʒiß.

mira-

mirabalan. citr. ʒj. rad. helleb. n. ℈ij.
♁. ♀r. abſ. ana gr. v. macis ℈j.
Inciſa. coq. in vin. alb. neccarin. ℥vj. ad dimid. in col. expr. diſſolv. ſyr. Byzantin. comp.
lenitiv. de tribus ana ʒvj. m.
f. potio. D. tribus ſucceſſive diebus matutinis.
Mundatis ſic primis viis pro præparatione bilis corruptæ ordinatum apozema.

℞. rad. eryng. rub. tinct. aſparag. petroſel.
urtic. ana ʒvi. herb. cuſcuti marrub. à miij.
fragar. cum toto, agrimon. ſcolopendr.
ana miß.
ſem. cannab. ℥ß. cort. tamariſc. ʒvj.
citr. aurant. ana ʒij. ♀. crud. alb. ℥ß.
fol. ſenn. s. ſt. ℥iß. inciſ. coq. in aq. font ℔iij.
ad dimid. col. fortiter expreſſ. add.
ſyr. byzant comp. ℥ij.
ſucc. beccabung. cochl. ana ℥iß.
fumar. ℥j. M.
pro 4. doſ. jeiuno ventriculo ſumendis.
unicuique doſi add. Tinct. ♀. gr. x.

Veſperi autem duabus hor. ante cœnam pro majori emollitione abdominis utatur laconico, cui herbæ iſtæ incoctæ ſint.

℞. herb. alth. malv. ana mii. abſ. mj.
flor. cham. verbaſc. melilot. ana mj.
ſem. lin. ℥ij. inciſa commiſc. ad ſacculum
cum interbaſat. qui teneatur in ipſa balneatione ad epigaſtrium.

Ante & poſt baln. abdomen ung. dialth. inungatur. Apozema quaternis in die vicibus pluri-

mum humoris biliosi porracei & nigricantis per alvum eduxit, reiteratum est additis radicibus curcumæ chelidon. maj. ana ʒvj. & rhapontici veri ℥j. ante quamlibet autem dosin pilulæ hæ deglutitæ fuerunt.

℞. mass. pil. ♀r. Schrod. ℈ß. extr. chelidon. maj. centaur. min. à gr. vj. extr. croc. gr. vj. pulv. syrii gr. v. f. pil. no. xi. pro una dosi. & sic 4 dos. æquales.

Interea continuatum c. balneo laconico; & loco ungt. dialth. facta illinitio oleo martiali, quod componitur ex oleo olivarum, cui radices bryoniæ recentes incoctæ sint, & colaturæ expressæ intinctus sæpius chalybs ignitus. Postea usurpatæ acidulæ Egeranæ omni mane ad mensuram unam, sumptis paulo prius hisce pilulis.

℞. Ess. mart. sicc. cum succo citr. ppt. ℈j. extr. rhab. ʒß. abs. gr. vi. pulv. syrii gr. v. spec. arom. ros. gr. vi. c. Tinct. ♀r. f. pil. no. xvii. pro dosi una.

Inter bibendum confectio anisi masticetur: prandium autem & cœna tragemate claudatur.

℞. cinamomi acut. ʒvi. spec. imperator. ʒiij. pulv. stomach. B. ℥j. flav. cort. aur. ʒj. sacch. rosat. tabulat. albiss. à ℥iij. m. f. p.

sic intra 14 dies convaluit. Obs. LXI.

* Eph. Dec. 2. An. 7.

Epilepsia curata per rad. Valerianæ.

Dr. Daniel Crugerus in aliquibus tentavit tanto-

tantopere laudatos trochiscos Riverii anti-epilepticos, sed nullum expertus effectum. Quare in viro ex iracundia in vehementissimam Epilepsiam lapso seq. modo curam aggressus est.

℞. rad. Valerian. ℥ij. divid. in 2 part. æquales

De partium externarum læsione mire conquerebantur, quibus spiritus vini camph. statim cum linteis applicatus. Calori interno ♁. diaph. bez. min. nitro ♁ato prospectum. Cum in brachiis gangræna esset metuenda, linimento primitus ex vitello ovi cum ol. lini partes illinebantur s. quod & à Gockelio laudatur. Et dein triplicata linteamina aqua nigra chir. calidissima imbuta applicabantur. Extincta successive inflammatione externa digestiva partibus ambustis imponebantur, non tamen neglectis epithematibus calide semper applicandis. Obs. CCXIII.

* Eph. Dec. 2. An. 8.

Menses parcius fluentes sub Dysenteria.
D. Westphalus bolo arm. floribus ♁r. &

♂. diaph. ♂tiali cum ⊖lo ad albed. calcinato mixtis myrrham, uti & ſolutioni martis cydoniatæ ad liquidioris ſyrupi conſiſtentiam inſpiſſatam eſſentiam myrrhæ in larga doſi adiecit, ex quorum uſu menſtruatio multum augebatur, fluxus autem alvi cruentus & dolorificus in momento quaſi ſiſtebatur, & huius loco ſaltem mucoſa per alvum excernebantur, quæ tamen lactis calidi cum butyro rec. non ſalito liquefacto hauſtu & continuato lap. 69. ppt. & cc. uſt. præpar. miſtorum in potu ordinario uſu brevi quoque ceſſabant. Obſ. CCXVI.

* Eph. Dec. 2. An. 8.

Eſſentia vulneraria D. Roſini Lentilii.

℞. fol. nicotian. pyrol. ſanic. perſicar. millefol. fl. hyperic. virg. ⊙r. ana mß. rad. ſymph. ℥j. biſtort. ſigill. ſal. ana ℥ß. ⊕. fix. ℥i. conciſ. & contuſ. ſuperfunde in cucurb. vin. rubr. menſ. j. aq. plant. ℔iß. Stent in digeſt. leni ſuperimp. alembico cœco per 8 d. ac noctes. col. & exprim. leniter menſtruum evaporet vel abſtrahatur ad mellaginem ſive formam extr. liquidioris cujus ℞. ℥ii. myrrh. rubr. ʒiii.

gum. ammoniac. mumiæ ver. ana ʒij. ſang. dr. ʒiß. ſalis ♀r. ʒß. ſuperfunde pulveriſatis & mixtis ſpir. vin. opt. ad eminentiam palmæ. Digerantur rurſus per 8. d. &

d. & n. leni calore & filtratum servetur usui. Obs. CCXXIII.

* Eph. Dec. 2. An. 8.

Dura abdominis tensio.

Dr. Lucas Schröckius multis frustra usurpatis tandem essentia alkalina ex aloë, myrrha, cum pauco croco, marti resolubili Willisii maritata tumorem emolliit. Observ. CCXXXIII.

* Eph. Dec. 2. An. 8.

Febris singultuosa.

Dr. Schuchmannus pro singultu urgentissimo symptomate debellando species diacretæ Myns. cum bez. min. salis prunellæ, guttisque aliquot oleorum aromaticorum ad mentem Oribasii in eph. cur. obs. 156. ann. 4. decur. 2. & obs. 118. ann. 5. decur. 2. nestoris 11. repetitis vicibus propinavit, stomachique orificium linimento ex theriaca oleisque aromaticis inungere fecit, desuper imponendo semper sacculum calefactum. Hinc continuato per d. & n. medicamentorum usu penitus cessavit. Obs. CCXII.

* Eph. Dec. 2. An. 8.

Tumor inquinum
in muliere à vipera demorsa.

Tumor hic erat durus frigidusque & tantæ pertinaciæ ut per epithema ex spi-

ritu vini camph. crocato spirituque Theriacali constante, repetitis multis vicibus calide applicatum discuti recusaret, sopitis licet doloribus, unde aliud medicamen substitutum, herb. scilicet origan. scord. rorismar. puleg. fl. chamæmæl. rom. rad. angelic. vincetox. enulæ, duobus sacculis inclusa coquebantur in aqua f. & lixiv. æqualibus partibus & calidissime applicabantur, quibus sæpius repetitis in totum fuit discussus tumor, ut sine molestia incedere valeret. Obs. CCX. in scholio p. 256.

* Eph. Dec. 2. An. 8.

Diarrhœa anniversaria.

Hæc per septem jam annos semper in fine Junii cum propensione ad vomitum reversa est. D. Josephus Lanzonius seq. electuarium præscripsit ad cochleare dimidium ante pastum sumendum.

℞. conserv. ros. vet. citri ana ℥iß.
cc.ppt. corall. r. ppt. lap. alabastr. pulver. hæmatit. ppt. margar. ppt. terr. sigillat. -^-.vitriol. ana ℈j. cum syr. acetos. simpl.

f. Electuarium. Et septima die doloribus mitigatis cessante nausea terminavit Diarrhœa more consueto. Obs. CCI.

* Ephem. Dec. II. An. 8.

Elixirium pectorale.

℞. aloes p. iij. myrrh. pt. ii. gum. ammoniac. & croc.

& croc. ana p. i. cum ⊖♀r. & ſpir. vini non rectificato f. Elixir.

D. Weſtphalus addidit in pleur. ad Elixirii huius ℥iij. liq. cc. ſuccin. ℥iß. de quibus terna vice indies gutt. 50. exhibuit, interpoſito ſimul oximel. ſcillitico cum ana ſucci raphani permiſto. Obſ. CCXIV.

* Eph. Dec. 2. An. 8.

Chelidonium majus febrifugum.

Præmiſſo emetico ſucci herbæ huius expreſſi guttæ 3. vel 4. aliquot cochlearibus vini albi commiſceantur, vel etiam portio quædam infuſi radicis ante paroxiſmum in febribus intermittentibus exhibeatur, æger que in lecto ad ſudorem ſe componat, eumque promoveat, & ſi opus ſit, ſecundo aſſumat, ſic impoſterum à paroxiſmis febrilibus immunis erit, uti multis experimentis hactenus exploratum. Obſ. XXVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Febrifugum pluries expertum à D. Joſepho Lanzono.

Hic author poſt ſeptimam acceſſionem in quartana ſequentem exhibuit pulverem, & febris abiit, quem poſtea pulverem ſæpe & in tertianis, quartanis, erraticis ac aliis febribus intermittentibus feliciter eſt expertus.

℞. ſal. abſinth. crem. ♀r. ana ℥ii.

 chin.

chin. chin. ℥ß. santal. r. ʒj.
spir. vitriol. rectif. ℥ß.
Hunc spiritum affunde guttatim, pulverem miscendo spatula lignea, inde lento igne exsicca & pulverisa. Dosis sit ʒß. ad ʒi. in aqua card. ben. vel absinthii. Obs. XLI.
* Eph. Dec. 2. An. 9.

Raucedinis remedium.

Præcipue commendatur syrupus de erysimo Lob. D. Sanzonus affirmat quendam sacerdotem Ferrariensem pluribus in vanum tentatis auxiliis à raucedine liberatum esse, sumendo quavis vespera pulv. oc. 69. ad ʒi. & hoc per tres vices adhibito remedio rectè convaluisse. Obs. XLIII.
* Eph. Dec. 2. An. 9.

Fluxus hepaticus curatus.

Mulier per totum fere vitæ curriculum fluxu hepatico vexata tandem multis frustra tentatis usu aquæ cichorei curata fuit, post multos annos eodem fluxu denuo laborans ab eodem etiam remedio levamen accepit. Sumebat autem de aqua dicta cichor. stillatitia quovis die ad uncias viginti. Obs. XLVIII.
* Eph. Dec. II. An. 9.

Febris maligna cum convulsionibus Epilepticis.

Dr. Marcus Garbezius alexipharmacis & robo-

roborantibus, & externis tum per clysteres, tum veſicatoria à capite revellentia inſiſtendum duxit, quoad potum decoctum ex rad. ſcorz. cc. viſco qu. & modico ſem. coriandr. ordinavit, quam tamen vel cum additione lap. prunell. vel ſpir. ⊖li ad gr. acidulari voluit.

Cæterùm mox talem pulverem epileptico-alexipharmacum porrexit:

℞. ſpec. de hyac. ʒj. fl. nitri Mynſ. ℈ii. pulv. march. ℈i. lap. bez. or. gr. v. m. f. p. dividatur in 4 part. æq.

Quarum unam ſubito dedit ex tali vehiculo.

℞. aq. ſcorz. galeg. ceraſ. n. ana ℥ij. ſyr. acetoſ. citr. ℥ß. m.

pro viribus roborandis ei præterea frequenter de tali mixtura cochleatim propinavit:

℞. aq. cord. H. Sax. 2dæ ℥iß. meliſſ. ceraſ. n. totius citri ana ℥i. conf. alkerm. inc. ʒß. man. xt. perlat. ʒj. pulv. march. ʒß. ſmaragd. ppt. corall. r. ppt. unic. ver. ana ℈ß. fol. ☉. n. j. m. d. ad vitrum.

Pro oris humectatione & nigredinis abſterſione de tali mucilagine frequentiſſime aliquid ori inditum.

℞. mucil. ſem. pſyll. & cydon. aqua ſemperviv. & prunell. ana ℥ii. extr. diamor. ʒvi. lap. prunell. ʒj. d.

 & loco

& loco ejus aliquando caſtaneæ magnitudine de butyro rec. inſulſo & cum modico ⊕. ppt. permiſto, abſterſa deſuper ſemper cum dentiscalpio lingua. Obſ. LXIV.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Peſſariorum uſus in immodicis uteri hæmorrhagiis egregiis.

Nullis proficientibus D. Joh. Petr. Albrecht ſeq. ordinavit.

1. ℞. aq. plant. ſperm. ran. ana ℥iv.
   in his mixtis ſolv. alumin. crud.
   vitriol. goslar. qſ. ad ſaporem fortiter aſtringentem. d. ſ. äuſſerliche Mixtur.
2. ℞. rad. biſtort. conſol. maj. tormentill. gallar. ana ʒiii. ſucc. acat.
   ſang. dr. thur. maſtich. ana ʒij.
   mixta excipiantur alb. ov. &
   mucilag. tragac. c. aq. fol. querc. facta fiantq; peſſaria ſynd. rubr. obducenda. d. cum annexis filis.

Iisdem utendi talis eſt modus: in portione mixturæ ſuper carbonibus ignitis calefacta unum peſſarium per quadrantem horæ detineatur, calidumque ſic vaginæ uteri quousque fieri poteſt, iniectum, ibidem per 3. horas inhæreſcat, quibus præterlapſis eximatur, & nova mixturæ portione imprægnatum denuo immittatur, vel recens peſſarium huius loco ſubſtituatur ad aliquot

horas,

horas, vel tam diu relinquatur donec acrimonia aut vellicatio quædam percipiatur. Ita plurimos morbo tam gravi ac diuturno afflictas, aliis medicamentis nihil quicquam auxilii afferentibus cito, tuto ac jucunde sanitati restituit, testaturque nunquam illa exspectationem suam fefellisse, nisi in subjectis annosioribus, quorum vasa temporis diuturnitate calloſiora reddita omnem adstrictionem repudiant. Si post inditos pessos acrimonia quædam atque mordacitas in vagina percipiatur, iis in lacte immersis atque iterum insertis facile evanuit. Confer. Obs. LXXIX.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Euporiston in Dystocia.

℞. myrrh. troglodyt. ℈j. borac. ven. croc. or. ana ℈ß. ol. succin. gt. iij. m. d. in vino. Hoc euporisto pluribus feliciter succurrit. D. Hunerwolffius. Obs. XCVII.

* Eph. Dec. II. An. 9.

Urina cruenta in Septuagenario.

Hæc sequenti vulneraria & consolidante potione curata ad Dr. Ioh. Georg Grubelio.

℞. aq. burs. past. veronic.
fl. bell. consolid. maj. ana ℥ii.
croc. ♂ti adstring. oc. 69. contus. ana ʒß.
syr. d. succ. veron. scabios. ana ℥ß. m.
qua in 4 doses divisa & assumpta urinæ cru-

enta ſtatim emanſit. Obſerv. CIX.
* Eph. Dec. 2. An. 9.

Dyſenteria epidemica cum petechiis atque ſingultu.

Feliciter curata bolo Regi Poloniæ quondam à D. Cnæffelio in dyſenteria maligna præſcripto, qui exoptatam attulit ſanitatem.

℞. conſerv. roſ. vet. ℥iß.
pulv. pannonic. r. ℈i. terr. jap. gr. v.
laud. op. gr. j. m. f. bolus.

Quo ſæpius iterato & cum julepo confortante adhibito ab hiſce diris hoſtibus fuit liberatus. Obſ. CXIII.
* Eph. Dec. 2. An. 9.

Chloroſis.

Dr. Andreas Löw ordinavit pulveres ex croco ♂tis ſacch. ſulphurat. cacheᶜt. Q. ſtomachal. ſpec. diajovis. fœcul. bryon. cum gr. aliquot diagrid. 🜂rat. & ol. cinnam. vel meliſſ. vel macis & elæoſacch. citr. permiſtoſ. Tinct. ſal. ♀r. eſſ. myrrh. caſtor. tinct. ♂t. aper. aliaque per aliquot ſeptimanas ſumenda, quolibet octiduo aq. laxativam Mannag. cum crem. ♀r. & elix. uterin. Croll. interponens, ſed hæc virginem à tanta morbi vi vindicare non potuerunt. Unde præſcripſit aquam martialem ſequenti modo præparandam.

℞. limat

℞. limat. ♂tis ℔j. affund. ſpir. 🜔r. gt. xxv. roris majal. deſtill. ℔ij. Stet per 24 hor. coletur.

Cura hæc menſtrua inchoata ab aq. laxat. M. poſtero die aq. martial. ℥iij. mane ſumptæ ſicque ſemel in die per 14 dies continuatum. Reliquis duabus ſeptimanis huius uſus duplicatus, atque mane & à meridie ℥iij. cum aq. cinnam. vel alia adhibitæ obſervato blando corporis motu, necnon ſingulis hebdomadibus interpoſito medicamento purgante. Quorum omnium legitimo menſtruo uſu virgo periculis ac ærumnis defuncta, quibus per triennium fuerat afflicta, non modo exoptatam faciei ruborem ſed & priſtinam ſanitatem recuperavit, poſtmodum ad thermas fuit ablegata. Eadem cura virgines aliquot cachecticas chloroſi laborantes feliciter reſtituit. confer. Obſ. CXIV.

* **Eph. Dec. 2. An. 9.**

Hæmorrhagia uteri.

Feliciter ſedata à Dr. Ledelio purgante, quod & in alia ſucceſſit. Idem allegat Bonetus, quod nempe hæmorrhagiam pertinacem cohibuerit purgante med. ſeptentr. collatit. l. 1. ſect. 24. c. 32. Obſ. CXXVI.

* **Eph. Dec. 2. An. 9.**

Hydrops

Hydrops post febrem malignam curatus.

Emanuel König sanationem felicem obtinuit binis purgantibus ex jalappa. ♀r. ⊖lato, cinnamom. & pulvere ex oc. 69. lumbr. terr. sale absinth. ad octo doses, decoctoque rad. vincetox. ex diuresi copiosa restiturus est. Uti vero hic hydrops contigit ex febri continua: ita ex febri intermittente quendam perfecte restituit seq. infuso:

℞. ras. l. juniper. odoratiss. ℔ß. limatur. chalyb. ℥iij. ♀. crud. nitri crudi ana ℥j. rad. helen. ℥ß. levist. ir. nostr. ana ℥iij. herb. agri mon. card. ben. fragar. marrub. alb.
summ. cent. min. mj. caryophyll. ʒij. sem. fœnic. ℥ß. incis. contus. affund. mens. duas vini alb. veter. Obs. CXXXIII.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Remedium anxietatis in febribus malignis.

Dr. Daniel Crügerus vocatus ad quendam advocatum, qui anxietatibus fere necabatur cum difficili respiratione, exhibuit interne, aq. Theriacal- frig. Riverii ℥iij. Externe imposuit cordi gallinam in ventre deplumatam quæ paulo post moriebatur, & aliam quæ & moriebatur, tertia non moriebatur.

batur. Sic patet gallinarum auxilio posse evocari à corde actuale venenum in febribus malignis.

Sic etiam in continuis & malignis febribus, ubi delirium imminet, aut agrypnia laborant ægri, gallinæ viventes discerptæ plantis pedum applicantur. Obs.CXXXVIII.

* Ephem. Dec. 2. An. 9.

Fluxus hepaticus chronicus.

Dr. Dan. Crügerus hunc exhibuit pulverem:

℞. corall. r. ppt. cryſtall. foſſilis raſ. ebor. à ℥ß. ſmaragd. ppt. ʒij. m. f. p. de quo detur ter de die ʒj.

Videbatur curatus, sed dejectiones post tres septimanas rediere. Idcirco proposuit Tinct. corall. cum succo citri factam Riverii, de quo 4. cochlearia bis de die sumpsit. Item decoctum rad. tormentill. & symphyti addito hepate vituli. Tum exiccatum hepar lupi sæpius assumpsit, clysteribus simul adhibitis & per 14. dies vesperi sumpsit laud. op. Sennerti gr. IV. sic perfectè curatus est. Diætam tamen ex oryza & panico continuavit; potus erat cerevisia tenuis inter prandendum & cœnandum, alias hauriebat Decoctum hepatis vituli cum rad. tormentillæ & symphyt. factum. Obs. CXL.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Hemi-

Hemicrania ſingulis diebus certâ horâ recurrens.

D. Daniel Crugerus methodice curam inſtituit, purgavit corpus, vera ut tunderetur, curavit, veſicatorium nuchæ adhibuit, aſt omnia fruſtra. Tandem in ipſo paroxiſmo hirudines quatuor ipſi parti dolenti applicari juſſit, & dolores nunquam redierunt. Eodem remedio Conſiliarius quidam, cum multum negotii hic affectus per multas ſeptimanas faceſſerat, curatus eſt. Doctor quidem juris eodem affectu correptus præmiſſis univerſalibus & veſicatorio in nucha, item cucurbitulis in dorſo, tandem unica cucurbitula ipſi loco affecto in paroxiſmo adhibita ab hoc affectu liberatus eſt. Obſ. CXLI.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Motus Convulſivi horrendi ſingulis diebus recurrentes in Virgine.

Præmiſſa purgatione ſingulis ſeptimanis repetita deportabatur ſemel de die in ſemicupium vel ſtupham humidam, ut ſudor provocaretur lapidibus ignitis injectis in Decoctum herbarum, duabus autem ante horis ſumpſit ℥i vel ℥iß de Electuario ſequente.

℞. Theriac. mithridat. ana ℥vj.
troch. viper. ℈j. cran. h. ℥iß.

rad.

rad. pæon. ℥ß. visc. qu. ʒij. syr. beton.
qs. f. Elect.

Vesperi hora 4ta assumpsit pulverem seq. Drawitzii, ʒi. pondere, quem & Thonerus habet, de convuls. Epilepticis p. 91.

℞. Rad. Vincetox. succis. enul. pœon. mar. caryophyllat. ana ℥iß. bacc. laur. ʒß. anthos. serpill. salv. ana gr. xv.
m. f. pulv.

Bis de die propinata est aqua nostræ Ciconiæ ad cochl. ij. vel iij, quæ multum profuit. His remediis intra 4. septimanas perfectè curata est. Aquæ descriptio hæc est:

℞. Ciconiæ incisæ mundatæ n. I.
rad. pœon. mar. ℥vj. valerian. ℥iv.
visc. quern. ℥v. rut. m. v. Verben. m. iv.
beton. hyssop. salv. ana m. iij. Vini alb.
qs. destill.

Hæc aqua sola in Epilepsia valde efficax, cum hac etiam interdum prædicta remedia assumpsit. Obs. CXLIII.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Urina viscida.

Simplex Decoctum strobilor. pini parti ligni guaj. junctorum liberius haustum intentum attigit scopum. Obs. CLXIV.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Empye-

Empyema periculoſum pleuritidi ſuccedens curatum.

In cura à nullo remedio majus levamen ſenſit quam à lacte caprino, mane hora ſexta; & veſperi hora quarta recentiſſime à capra mulcto ad ℥v. epoto admixto ſaccharo roſaceo ad magnitudinem nucis juglandis. Continuabat ad perfectam ſanationem, quæ intra 18 ſeptimanas abſolvebatur. Reliqua remedia hæc erant:

℞. Terebinth. Cypriæ in aq. hed. terr. ad durit. coct. ʒj. ſpec. d. gemm. fr. ℈j.
diatragac. fr. ℈ij. pulv. Haly ʒij. ſacch. penid.
ſacch. perlat. à ʒij. m.f. pulv. S. Hertz- und Lungen-Pulver, davon um 10 Uhr vormittag 2. Messerſpitz voll zu nehmen, quo finito

℞. pulv. è viſceribus rupicapræ ʒj.
ſpecif. antih. Pot. ʒß. ſacch. ſaturn. ʒj.
ſalis perlar. dulcific. & corall. dulcif. ana gr. xv.
lact. ♀r. ſpec. diatrag. fr. ʒß. ſacch. cand. violac. ad p.o.m.f.p. uſus hujus ut prioris.

noctu ℥iij. vel iv. de deſtillato hoc bibit cum ſacch. roſaceo.

℞. ſucc. hed. terr. ſcab. veron. botryos à ℔ß.
tuſſilag. tarax. pulmonar.
papav. err. ana ℥iij.
limac. ſucculent. contuſ. 69. flav. contuſ. ana ℔i.

pul-

pulmon. & jecin. vituli minutim incisi dimidiam partem. lact. capr. ℔iiiß. digere per triduum, dein l. a. destill.

Interdiu de trochiscis his unum aut alterum sumpsit.

℞. conf. alk. inc. spec. diair. f. ana ℈ij.
conf. rof. ʒiij. fl. benz. gr. vj.
sacch. solut. in aq. veron. cum
modico gumm. tragacanth. f. trochisci.

His usurpatis

℞. rad. chin. el. ʒvij. lign. lentisc. ʒiij.
ras. ebor. ʒij. incis. coq. cum pullo gallin. deplum. exanterat. in aq. font. ℔iiß. in vase terreo vitreato tecto ad remanentiam ℥x.

℞. hujus decocti ℥v. sem. melon. ℥ß.
papav. alb. ʒii. nucl. pin. ʒiii. f. emuls.
add. solut. oc. 69. ℈i.
sal. perl. dulcif. gr. v. sacch. perlat. ʒii.
dos. Milch vorm Schlaff zu nehmen.

℞. specif. antih. Pot. gr. xv.
sal. perl. dulcif. gr. v. m. f. p. sumendus hora 10 matutina.

Hæc duo remedia præter usum lact. capr. continuavit per 6. septimanas. Per totum morbi decursum m. & v. inuncta fuit spina dorsi ung. resumptivo refrigerante.

℞. ungt. resumpt. Fernel.
infrig. Gal. ana ℥iß. sacch. saturn. ʒi.
M. exactè.

Cum propter nimiam corporis consumptio-

nem de ossium pedum periostii intenso dolore quereretur, unguentum hoc valde conducibile erat.

℞. ungt. anod. resumptiv. ana ℥vi.
op. ℈ß. m. l. a. dissolv. pro inunctione.

Potus erat aqua cocta ex hord. integro, passulis, prun. damasc. ficubus, semine anisi &c. Circa finem morbi dextrum hypochondrium videbatur quodammodo durum, ad præcavendum ergo hepatis scirrhum Empl. hoc multum contulit.

℞ empl. de cicut. santal. diachyl. ana ℥ß. pulv. rad. bryon. ʒii. sal. nitr. ʒi. cum oleo chamom. m. f. empl. S. Leber-Pflaster.
Obs. CCXIV.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Ex hæmoptysi phthisis curata.

Seq. remedia sanguineam massam & viscerum intemperiem passim corrigentia, partim consolidantia, siccantia, renutrientia, derivantia, intercipientia &c. adhibuit Dr. Georg. Tobias Dürrius.

℞. herb. pulmonar. hepatic. nob. veron. salv. hyssop. à mj. card. ben. asplen. ana mß. rad. liquir. cich. enul. à ʒii. sem. anis. ʒiß. bacc. iunip. ʒi. crem. ♀r. ℥i. pulm. vulp. ppt. ʒvj. pass. min. ℥ii. sacch. canar. ℥iv. incisa commisce ad nodul. coq. in olla vitreata cum aq. f. ℔iii, vase tecto per qua-

quadrantem horæ remotis ab igne add. vin. alb. ℔ii.
Extinguatur in illis chalybs ignitus pond. ¼ ℔. ſtent ſimul, donec liquor refrigeſcat. Dein exprimatur ſacculus. De hoc liquore ſingulo mane, ſumpto prius pauco juſculo, & veſperi duabus ante cœnam horis ℥v. calidiuſculè bibantur.

Noctu ante ſomnum ſit hæc emulſio.

℞. rad. chin. el. ʒvij. l. lentiſci ʒiij. raſ. eb. ʒii. inciſ. coq. cum dimidia gallin. in aqua font. ℔iiß. tecto vaſe ad remanent. ℥x.

℞. huius decocti dempta pinguedine ℥v. ſem. melon. exc. ʒiij. pap. alb. ʒij. nucl. pin. ʒiii. f. emulſ. add. ſacch. perl. ʒii. S. Milch vor dem Schlaff zu nehmen.

Cibi ſint boni ſucci, in prandio panatella, in cœna ptiſana, quibus ſemper admiſceatur modicum ſacchari roſacei vetuſtioris.

Potus interdicto vino ſit cereviſia tenuis hordeacea, & pro exiccatione ulceris de bocheto hoc in prandio & cœna hauſtus unus & alter bibatur.

℞. raſ. l. ſ. ℥iv. rad. chin. el. ℥j. ♁. ppt. ℥ß. ſacch. albiſſ. ℥ii. fl. cort. citr. rec. ℥ß. aquæ ferventis menſ. v. prævia infuſ. per n. in loco calido mane coq. per quadrantem horæ vaſe tecto. Filtretur poſtea per manic. Hippocr.

Hiſce per menſem continuatis cum ſpu-

tum sanguine rursus tinctum appareret, pulvis ad mentem Julii Cæs. Scaligeri ordinatus est, sed paulo auctus.

℞. flor. ros. r. ras. eb. bol. arm. ppt.
terr. sig. hæmatit. ana ʒß. gumm. arabic.
tragac. carab. sem. papav. alb. portulac.
malv. ros. r. plantag. 4. fr. maj. exc.
cc. ust. succ. acat. liquir. amyl. torrefact.
ana gr. xv. sal. perl. & corall. dulcif. à ℈j.
sacch. cand. violac. ʒii. m. f. pulv. add.
bals. 🜂. anis. ʒß. bals. indici veri. gr. vi.
M. exacte d. ad scat. S. Lungen-Pulver, davon im Tage einmahl 2 Messerspitz voll zu nehmen.

Interdiu unus aut alter de his trochiscis deglutiatur. Descriptio vid. obs. priori loco emulsionis de pil. his ante somnum no. 3. 4. aut 5. deglutiantur singulis aut alternis noctibus.

℞. mass. pil. d. cynogl. cum castor.
d. storac. ana ℈iv.
cum opobals. f. pil. No. xxx.

Ad massam autem sanguinis magis purificandam, edulcorandam & à salsedine scorbutica liberandam de seq. Essentia viscerali guttæ 20. aut plures singulo mane sumantur.

℞. Turion. abiet. qv. incisa coq. in aq. s. qs. colat. fortiter expressa coq. ad consist. mellis, postea extrahatur essentia cum spir. cochlear.

Ex-

Externe ex ſpec. his pro cucupha non leve experiebatur capitis robur.

℞. pulv. viol. odorat. inc. ℥ß.
myrrh. el. maſtich. el. thuris.
ſuccin. citr. ana ʒß. inciſ. commiſc.

His aliquamdiu continuatis ſubſequens erat hoc medicamentum:

℞. herb. farfar. ℈ij. pulmonar. ʒiß. ſcab.
veron. ana ℈ii. hepatic. nob. card.
ben. cent. min. ana ʒß.
ſcolopend. hed. terr. ana ℈iß.
rad. enul. ʒij. liquir. ℈ij.
bacc. iunip. laur. ana ℈ij.
ſem. aniſ. fænic. ana ʒj.
pulm. vulp. ppr. ʒiß. ſuccin. alb. ppt. gr. xv.
flor. ♃r. ʒß. ſach. cand. alb. ʒvj. m. f. p.

S. Pulver, davon Morgens, Mittags und gegen die Nacht 3 Messerspitz voll zu nehmen.

His non juvantibus, brodium gallinæ herbis medicatum multum præſtitit.

℞. rad. enul. papav. err. conſolid. maj. à ʒvj.
viſc. qu. ℥ß. pulmonar. agrimon. veron. pimpinell. botryos. flor. papav. err. bellid. roſ. r. ana mß. ſem. melon. ℥iß. aniſ. ʒj. inciſ. commiſc.
de quibus qſ. impleatur venter gallinæ exenteratæ, & affuſa aqua in olla nova vitreata cooperta ad ſupereminentiam 8 aut 9 transverſorum digitorum coq. ad mollitiem gallinæ, de brodio ſumat m. & v. ℥iv. aut v. pergendo per menſem.

Dein ne hectica ex phthisi procedens & ipsi coniuncta corpus consumptum magis ac magis depasceret, emulsio hæc grata ante somnum data fuit.

℞. sem. melon. exc. ʒvj. papav. alb. ʒii. amygd. d. depilat. ℥ß. aq. violar. ℥ii. rosar. fl. pap. err. ana ℥iß. m. f. l. a. emuls. add. iulep. ros. ℥i. d. ad vitrum s. Milch auf zweymahl.

Interdum loco huius emulsionis:

℞. 69. fluv. no. L. affunde lactis vacc. ad eminentiam 3 vel 4 digitor. stent per n. in loco frigido: exemptis & contusis reaffunde prius lac & destilla per alembicum. Dosis ℥iii. aut IV. cum pulv. antihect. Pot. ℈i. margar. ppt. gr. v.

His ad vernale tempus continuatis incepit bibere singulis matutinis & vespertinis lac capr. recens mulctum ad ℥vi. cum sacch. ros. non neglectis pil. de cynogl. superius notatis alternis quidem noctibus. A cuius lactis usu ad hyemem usque continuato sensim corpore renutrito sanus factus est. Observ. CCXV.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Grando palpebræ oculi in virgine feliciter discussus.

Prævio purgante mercuriali ad viscditatem lymphae in corpore corrigendam

Dr.

D. Theodorus Zwingerus ſuaſit vt ſingulis matutinis ac veſpertinis vapor exhalans calidus ad oculum aliquamdiu admitteretur ex decocto fabar. Caffé una cum ſem.fænic. & bacc. iuniperi parato. Tandem ſimul tragema ordinavit ex ſem. fænic. herb. euphraſ. bacc. iuniper. oc. 69. ppt. diaph. jovial. cran. hum. ppt. cinnab. nat. cinnam. cubeb. & caryophyll. cum ſacch.paratum, quotidie aliquoties uſurpandum, quorum remediorum ope intra ſpacium 3 ſeptimanarum grando perfecte diſcuſſus evanuit, qui alias ſibimet relictus ultra plures menſes imo annum in aliis ſine noxa duravit. Obſerv. CCXVII.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Amuletum contra dentium dolorem.

Præbet Aparine levis ſive aſperula muralis minima à Jo. Raio in hiſt. plant. tom. 1. l. x. c. 8. deſcripta: quæ recens in faſciculum collecta de collo ad interſcapilium uſque ſuſpenſa odontalgiam mire demulcet, teſte fide dignorum experientia & Dr. Jo. Mauric. Hofmanni. Retulerunt autem ſagaciores herbam aliquamdiu geſtatam aliqualem capitis ſtuporem ſeu hebetudinem peperiſſe, ex quo effluvia herbæ ſulphureo-ſalina & quaſi ſeminarcotica, ſanguini ac ſpiritibus

animalibus communicata conjicere licet. Obſ. CCXII.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Vulnus linguæ feliciter curatum.

Contigit hoc ex præcipiti lapſu in puero, cui perterrito ad avertendos iam imminentes inſultus epilepticos D. Mauric. Hofmannus pulverem nervinum abſorbentem ex pulvere Marchionis antiepileptico cervino Zwelferi & cinnab. nat. compoſitum exhibuit, labiaque vulneris ad arcendam inflammationem mitigandumque dolorem ſæpius illiniri iuſſit ſequente mixtura.

℞. mucil. ſem. cydon. cum aq. roſ. & plantag. extr. mellis roſac. ana ʒii. aq. veron. ʒiii. ſyr. d. roſ. ſicc. ʒiß. m. d. ad uſum.

Altero inſequente die tale præſcripſit pro oris collutione decoctum aſtringens & vulnerarium.

℞. fol. plantag. querc. liguſtri.
fl. roſ. r. ana mß. balauſt.
cort. granat. ana ʒii. coq. in aq. chalyb. ℔iß. ad ℔i. col. add. ſyr. d. roſ. ſicc. ℥i. mell. roſac. tinct. gumm. lacc. Mynſ. à ʒii.

m. d. ad fict. ſ. zuſammen ziehend und heilendes Mundwaſſer.

Cuius uſu per aliquot dies continuato apex cum lingua reliqua perfectè coaluit.

Puero

Puero linguam ad loquelæ expreſſionem alioſque uſus libere movente. Obſerv. CCXXIII.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Tubercula & grandines pulmonum in Phthiſi.

Galenus cuidam grandines forti ſcreatu ejicienti antiaſthmaticis, aliis poſt vomicas jam ruptas valde exſiccantibus potionibus ex mithridat. Theriacâ, Athanaſiâ, Ambroſia vitam prorogavit. Petrus Salius Diverſus in arteriarum levium obſtructione tum tuberculis crudis præſentibus monet validiora attenuantia, & abſtergentia quam in Aſthmate adhibenda. Hinc commendat aq. Helenii ſimpl. & comp. ♌. ♀ris, etiam electuar. Chalybis admixtis incidentibus, inſuper per intervalla purgat. Contra tubercula probat theriac. Androm. mithrid. ♀. vivum vitrum combuſtum (an fel vitri, quod cuidam Empirico pro panacea eſt) aliquando ad Decoct. ſarſap. venit, quo morbum lenivit, in antiquato tamen nihil profecit. Ex nobili familia aliquot ab huius generis tuberculis tabidi obierunt, nonnullis verò quam primum ſine ſputi rejectione tuſſire cæperunt data ſunt remedia ex flor. bellid. min. ſc. aqua deſtillata, ſyrupus, conſerva, & flores in aqua pro potu ordinario, & cum carne pro juſculis cocta, qui convaluerunt,

& ad adultam ætatem pervenerunt. Obſ. CCXXIX. in Schol.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Remedia in ſutura Cranii dehiſcente.

D. Lucas Schröckius potiunculam ſeq. exhibuit.

℞. reſ. jal. gr. xı. ſal. abſ. gr. iij.
infuſ. laxativ. Mannagett. ℥iß. M.

Noctu verò ad dolores placandos pil. de ſtyrac. dictas incompl. granorum V. pondere: Capiti autem ſacculum ex ſumm. ſalv. majoran. & ſuccino confectum imponendum eo cum effectu, ut priſtina ſanitas protinus feliciter ſuccederet. Obſ. CCXXX.

* Eph. Dec. 2. An. 9.

Contra acutiſſimos abdominis dolores poſt abortum.

D. Krugius ſeq. pulverem ordinavit.

℞. ♁. diaph. ʒß. extr. caſtorei.
Opii Aqua ſimplici correct. ana gr. ij. M.
datur in aq. meliſſ. ſimpl.

Quo ſumpto non ſolum dolor atrociſſimus, ſed cum hoc quoque anxietates præcordiorum, & fluxus alvi ceſſarunt, dormivit bene cum ſudore fœmina, lochia inceperunt fluere. Sub ſanguinis grumoſi excretione dolores recurrerunt, ad quos hanc mixturam præſcripſit:

℞. aq.

℞. Aq. card. ben. meliss. ana ℥iij.
aceti vini acerrimi ʒiij. oc. 69. ppt. ʒiß.
opii corr. gr. ij. sacch. perlat. ʒß. M. D. S.
mixtur auf dreymahl.

Quatuor dierum spacio feliciter curata est. Obs. III.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Remedia in Melancholia.

D. Samuel Ledelius in gemino melancholico seq. remedia proficua sensit: Tinctura martis, Tinct. ⊖l. ♂t. spir. aperit. Pen. Tinct. lapid. lazuli. ♎. salis armoniac. lavendulatus, interdum succinatus. Elix. Propr. Parac. cum spir. cochl. pil. ♀reæ Querc. cum ☿r. dulc. Venæ sectiones cum applicatione hirudinum, omnia tamen convenienti tempore adhibita.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Lumbrici.

Dr. Heintke seq. mixturam præscripsit, quâ expulsi lumbrici cum manifesta euphoria.

℞. Aq. abs. ℥j. pulv. rad. jalapp. el. ℈j.
Mercur. dulc. gr. xv. sem. santon. gr. xij.
syr. d. cich. c. rhab. ℥ß. m. dt. Obs.
XVII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Orthop-

Orthopnæa in ſene curata.

In paroxiſmo ſpir. ſalis armon. vinoſus cum oleo caryophyllor. per intervalla brevia naribus admotus, linguæ affrictus, ori guttatim cum aqua calida ad deglutiendum infuſus, unaque frictiones pedum, brachiorum, pectoris cum linteis calidis inſtitutæ aperiendo & reſolvendo ſedenti conduxere ſuſpirioſo, linxit extra paroxiſmum idem ovi luteum ſpermate ceti croco & ſpir. cinnamom. mixtum, & ſorbillavit interdum unam & alteram potus Thee patellam. Clyſter acris alvum admonuit officii, & pulv. rad. jalapp. cum ⊖. abſinth. in juſculo calido aſſumptus viſcidam corpori ſubtraxit ſaburram. Continuata frictio, & ſaponis nigri cum viridi ruta contuſi aridique muſci de quercu impoſitio contumacem pedum una ſuſtulere tumorem. Ita Orthopnoicus altiſſimum pro ſalute nova laudavit. Obſ. LIV.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Urinæ incontinentia cum atrociſſimis doloribus.

Dr. Graſſius præter Empl. d. hyoſciamo lumbis applicatum exhibuit veſperi pulverem ſeq.

℞. pulv. abſorb. Wed. gr. xv.
ſuccin. alb. ppt. gr. v.
Anod. (cuius gr. IV. extr. op. gr. I. continent.) gr. VI.

Cum

cum aliquot guttis liq. nervin.
castorisat. & camphorat. m. f. pulvis.
Unde dolor omnis cum urinæ incontinentia ea nocte cessavit, alvi & vesicæ excretiones rite successerunt, & sudor viscidissimus cum euphoria erupit. Obs. LIX.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Bezoardicum Martiale Reguli Parergon.

Dum in alios usus conficitur Regulus Martialis ex ♁. ungar. ℥xv. limat. ♂t. ℥ıvß. salis ♀ri. nitrati ℥ıx. scoriæ manent nigerrimæ, quibus pulverisatis & cum triplo pulveris nitri exactissime mistis & l. a. detonatis tandem post edulcorationem resultat Bezoardicum Martiale egregium, efficax & saturatum Cinnamomi colorem referens. Medicamentum efficacissimum. vid. Obs. LVII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Remedia ad curationem Vertiginis & præservationem ab Apoplexia.

Prævio Clystere tale corroborans Cephalicum ordinatum.

℞. conserv. fl. anth. salv. pœon. maioran. calend. ana ʒiii.
conf. alk. inc. ʒß. n. m. in ind. cond. ʒi.
cubeb. sacch. obd. ʒi. cinn. nat. ʒiß.
st. pavon. ʒii. smaragd. ppt. ung. alc. ppt. cran.

cran. hum. ppt. ana gr. xv.
♎. lil. conv. ceraſ. n. ana ʒß.
eſſ. ſalv. ol. ſuccin. ana gr. i. m. c.
ſyr. fl. pœon. f. elect. molle, de qua accipiatur ſubinde caſtan. magnitudo.

Præterea vertici, temporibus & naribus inungebatur tale balſamum.

℞. ol. rutac. caryophyll. ſuccin. lavend. cort. citr. lign. rhod. omnium ſtillat. nuciſtæ expreſſ. qs. ana gt. vi.
f. balſam.

in cap. etiam geſtabatur cucupha & poſt ſcapulas cucurbitulæ ſiccæ trahebantur.

Tandem ad expurgandum corpus tales pilulas accipiebat.

℞. maſſ. pil. de ſuccin. Crat. ℈i.
extr. pil. coch. gr. xii. extr. caſtor. gr. i.
ol. ſuccin. gt. i. c. ſyr. d. ſtæch. f. pil. no. vii.

Ex quibus cum euphoria cum purgaretur poſt octiduum repetita purgatio, interim prædictis corroborantibus cum regulata diæta inſiſtendo, & maſtichen ſubinde jejuno ventriculo maſticando. Obſ. LXIII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Remedium facile ad quartanam D. Joſephi Lanzoni.

℞. coriandr. ppt. ℥ß. contuſ. infund. per 24 horas in ℥v. vini alb. inde colatur, & vinum bibatur ante acceſſionem.

Ab

Ab authore pluries expertum in iis, qui à cortice peruviano abhorruerunt. Obſerv. LXXXV.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Epilepſia latens.

Cinnabarina in illa nihil fere, unicornu autem Gronlandicum multa præſtabat, malum mitigans. D. Ledelius Obſ. C.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Hæmorrhagia narium.

Hæc per trihorium continuo durans nullis cedebat etiam generoſiſſimis remediis, niſi tædis ſulphureis accenſis. Von angezündeten Schwefel Lichteren. Hæc poſt 14. dies recurrens neque internis neque externis admotis ſiſti poterat, imo opiata nil valebant, tandem in ferrum candens guttulæ ſanguinis inſtillatæ ut vapor inde excitatus naribus hauriretur, quo ipſo inſtar circes baculo tacta ſubſtitit hæmorrhagia. Dr. Ledelius. Obſ. XCVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Remedia in Hæmoptyſi.

Ex pulmonis vulnere ob arteriæ venoſæ particulam reiectam.

D. Joh. Chriſt. Mackius ſequentia commendanda habet.

1. ſpir.

1. spir. ⊖li illud in hæmorrhagia quacunque certissimum remedium.

2. Pineatum D. Mackii.

℞. Turion. pini tenerr. mjv. minutiss. incisis insperg. crem. therm. carol.
sulphur crud. ana ℥j. & superinfuso, vini alb. & ▽. scabios. ad ℔vj. coq. in vase duplici ad consumpt. part. trium & colatura facta leni expressione servetur, interim.

℞. succi ex sequentibus recentibus nempe herb. scab. hed. terr. tussilag. urtic. min.
sanic. chelidon. min. auric. mur. à ℥iv.
tritic. secal. ana ℥vj.
rad. fænic. enul. alth. malv. torment. à ℥j.
flor. acat. ℥ij. coq. lente ad consumpt. aquositatis & depurat. m. c. præced. extr. pini & tandem add. fl. 🜂. ʒiij.
croc. ℈iv.

3. Electuarium sequens.

℞. cons. ros. vet. ℥j. veron. viol. scab. ana ʒvj.
diacod. montan. ℥i. terr. sigill.
croc. ♂t. adstr. lap. hæmat. ana ℈ij.
oc. 69. bol. arm. sem. hyosciam. ana ʒß.
c. syr. papav. rh. M.

4. Effumationes Chr. Benedicti in theatr. tabid. præprimis tertiam. p. m. 186. Cuius humidæ iam præmissæ iam interpositæ per infundibulum, (cuius rostro fistula & huic alia usque ad decumbentis fauces impo-

imponebatur), pulmonibus admittebantur. Conf. Obs. CII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Ulcus post pleuritidem spuriam.

Dr. Jo. de Muralto indicationibus resolvendi, dolorem sedandi, emolliendi, vires roborandi tum anodynis tum cordialibus diaphoreticis & cephalicis per sequentia remedia satisfecit. Ante omnia imminente nocte sequens remedium exhibuit.

℞. aq. jaceæ, anagallid. flor. tiliæ ana ℥iß. syr. de alth. fern. ℥iß. Tinct. anod. gt. xv.

M. & in 5 doses divide.

Clystere seq. alvum apertam tenuit.

℞. Decoct. emoll. & carmin. ℔i. ol. rut. chamom. ana ℥ß. mell. anthos. ℥j. spir. sal. armon. gt. xv. urgente necessitate repetatur.

Pulvere præcipitante diaphor. & carminat. ad morbi causam ipsumque morbum usus fuit.

℞. diaphor. jov. antimon. ana ℈j.
pulv. lumbr. oc. 69. crud. cont. ana ℈ij.
mand. l pisc. sang. hirc. ana ʒi.
man. xt. perl. ʒiii. m. & in aq. card. ben. exhibeatur.

Pro potu ordinario.

℞. rad. chin. rec. ℔iiß. juiub. ℥viij. infund. in aq font. ferv. add cinnam. ac. ʒii. stent in digest.

Aqua cordialis quoque usurpata.

℞. aq. flor. til. jaceæ, anagall. fl. phænic. beton. ana ℥iß.
marg. ppt. ℈i. oſ. d. cord. cerv. ℈ii.
iulep. viol. ℥ß. man. xt. perl. ʒii.
cinnam. ʒiiß. m. ſubinde cochlear ſumatur.

Anacatharticum ſequens exhibitum fuit.
℞. ſucci naſturt. depur. ℥ii.
ſyr. papav. rh. de alth. fern. ana ℥iiß.
m. doſ. cochl. i.

Item pil. de cynogl. ſubinde unam hauriendo.

Epithemata parti affectæ externe impoſita.
℞. ſpec. herb. emoll. & carmin.
fl. calend. chamom. melilot. ana mj.
naſturt. virid. conquaſſ. miß. bacc. laur.
iunip. à ℥j. pulv. laud. ℈ij. aniſ. fænic. à ʒij.
m. & coq. in lacte bene expreſſa calide imponatur.

Loco Epithematum quoque uſurpatum ol. carmin. cum Tinct. anod.

Luna creſcente dum maciem & tuſſim perſeverantem obſervaret, analeptica exhibuit, inunctionem dorſi ex oleo violato calente, intus autem aq hepatic. vitul. & caud. 69. cum conſ. hyacinth.

Pro potu ordin. ſuaſit decoct. agrimon. chin. paſſ. minor. & aniſ. cum prun. damaſcenis. Conſ. Obſ. CVII.

* Ephem. Dec. 2, An. 10.

Reme-

Remedia in lumbricis.

Dr. Mackius Virgini per integrum annum miſerrime cum continuis Cardialgiis, lipothymiis & appetitu plane proſtrato & poſt cibum incredibilibus ſtatim doloribus conflictanti ad lumbricos, quos adeſſe præſumebat ſeq. præſcripſit.

℞. ſyr. ſceletyrb. F. de cich. c. Rh. ana ʒvj. aq. Cinnam. ʒiij. fl. acac. ʒvij. m. pro 2. doſibus & die tertio ſequens.

℞. ſem. ſanton. ʒvj. Conquaſſ. coq. in aq. font. ℥iv. dein injiciantur ☿. viv. ℥iiß. Coq. iterum & colat. M. cum ſyr. cich. c. Rh. ʒvi. aq. abrotan. cymin. ana ℥i. hirund. c. caſt. ʒvi.

Ad cujus partem primam rejecit per guttur inferius lumbricos V. ſpithamam longos, ad partem alteram mane ſeq. hauſtam 4. alios quos ſecutus eſt globulus ex mille minoribus compactus. Conf. Obſ. CIII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Lympha coagulata circa juncturas articulorum, Os iſchii ac in genere nervoſo.

Cochleæ majores una cum teſtis ſuis probe contuſæ, in patella ſuper prunas calefactæ, ac inſtar cataplaſmatis linteo extenſæ, partique affectæ appoſitæ ac ſæpius reiteratæ, efficaciter ſalſas ſeroſitates coa-

gulatas attenuant, resolvunt, ex profundo alliciunt, doloresque dissipant, ope salis volatilis alcalini ipsis commisti. Ita quoque ingens dolor circa ossis humeri partem inferiorem & quidem Apophysin ejus extremam cum tuberculo duro instar ganglii intra biduum sublatus est nullis aliis dolorem sopientibus. Obs. CX.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Apostema Hepatis.

Quia colligebatur Apostema in hepate ad maturitatem tendere, maturantia in usum tracta præmisso ante omnia sequente purgante:

℞. rhab. opt. ℈ii. Crem. ♀r. ℈ß.
magist. jalapp. gr.iij. spec. diatr. santal. gr. iv.
m. f. p.

Dein aliquoties dabatur portio seq. mixturæ.

℞. Aq.cichor.℥iij.Veron. agrimon. ana ℥iß.
oc. 69. ♉. diaph. à ʒi. syr. viol. purp. ℥iß. citr. julep. rosat. ana ʒvj. M. S.

Decoctum pro potu ordin. sequens parabatur.

℞. rad. gramin. cichor. ana ℥iß.
Herb. agrimon. mj. pass. min. mund. ℥ß.
coq. ad mens. unam pro potu.

Suppurantia extus lateri affecto applicabantur.

℞. ce-

℞. cerat. ſantalin. ℥iß. ungt. de alth. ʒij. troch. de abſ. ʒß. ol. d. Cappar. qs. m. f. linimentum, quo inungebatur hypochondrium dextrum.

Parti inunctæ ſeq. applicabatur Emplaſtrum.

℞. Empl. diachyl. c. melilot.
Cerat. ſantalin. ana qs. cum oleo cappar. f. ſcutum hepaticum.

Hiſce per aliquot dies continuatis ſæpius cataplaſma ſeq. in uſum veniebat.

℞. rad. alth. ℥j. Herb. malv. minor.
ſem. lini ℥ß. coq. in lacte ad conſiſt. pultis add. ung. reſumptiv. ʒiij. croc. ʒß. f. cataplaſma.

Interdum matutinis horis alternis diebus Decocto prædicto miſcebantur ſpiritus tartari gt. IX. Tandem his continuatis ſupervenit diarrhœa. De hinc omnis dolor ceſſavit & ægra perfecte convaluit. Obſ. CXVII.

* Eph. Dec. 2. An. 3.

Diarrhœa.

Succo fol. plantaginis expreſſo & depurato mane jejuno ſtomacho ad ℥IV. aſſumpto & per tres dies continuato curata in nobili muliere. Ruſticus etiam à bilioſa diarrhœa liberatus ſola juſculi potatione, in qua bullita fuerunt plantaginis folia. Obſ. CXXXVII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Præſervatio à Calculis.

Fit per baccarum juniperi decorticatarum, & ſingulis diebus jejuno ventriculo deglutitarum uſam. Lanzonus obſ. CXLII. Commendatur etiam à Nicolao Franecmont à Frankenfeldt in lithotomia Medica.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Hæmorrhagia Narium.

Hippocrates ſcripſit Methori caput aqua tepida lavâſſe, indeque ſanguine uberius è naribus effluente ægrum brevi ſanitati reſtituiſſe. Dr. Joſephus Zamperius ejus quoque periculum fecit, & ſanè votis correſpondit. Obſ. CXLVII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Aquula curata.

Hoc dicit intemperiem humidam palpebrarum, qua ita deprimitur intumeſcens palpebra ſuperior ab incumbente humore ſeroſo, ut attolli nequaquam poſſit: ſemel obſervare tantum contigit D. Georgio Hannæo, qui eam ita curavit exorſus à purgante jalappino. Dein pone aurem poſitis veſicatoriis lympham extraxit copioſam. Tandem hoc Epithemation vino incoctum oculo frontique applicandum curavit.

℞. Herb. roriſmar. mij. melilot. roſ. r. furfur. tritic. ana mj. fl. anth. p. iij.

Beton.

Beton. chamom. ſalv. ſtæchad. à p. 1. M.
Nobilitabat hoc Epithema ſperatus eventus.
Cujus divinos effectus in abſorbendo commodiſſime variorum membrorum tumores hydropicos ipſe cum voluptate non ſine tripudio afflictorum aliquoties expertus eſt.
Obſ. CLI.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Colica Convulſiva bilioſa pertinaciſſima feliciter curata.

Colicæ ſtatim ab initio ſeq. potiuncula pro 2. vicibus ad dimidiam partem ſumenda ſubventum eſt:

℞. Croc. or. ʒß. macis ℈j.
Tripher. magn. ʒß. vini malvat. ℥ij.
m. f. potio pro duabus doſibus.

Qua ſumpta melius quidem habuit, ſed dolor poſtliminio recruduit, variis quidem clyſteribus & purgantibus ſed fruſtra, curatio tentata.

Ex conſilio celeberrimi medici ad acidum vitiatum & corroſivum eradicandum Talis tinctura (alias proficua) ordinata eſt.

℞. ſpir. ſalis. armoniac. chalybeat. ℥ß.
flav. cort. aur. minutiſſ. conciſor. ʒii.
ſtent infuſa per aliquot horas, poſtea fortiter exprimantur, cui expreſſioni add.
Eſſ. aurant. ʒj. m. d. ad vitrum cujus gt. VI. una vice in aqua carminativa ſumantur.

Ex cujus uſu malum exaſperatum, & experientia docuit, quod omnia ſpirituoſa ac volatilia hoſce dolores colicos auxerint. Nec Electuaria opiata conduxerunt. Oleum quoque Amygd. d. nec non ol. olivar. & lini aliquoties, ſed ſine ſingulari fructu aſſumptum. Ad atrociſſimos hoſce dolores compeſcendos nullum remedium majus ſolatium attulit, quam pilulæ Theriac. cœl. & pulvis lap. bezoard. Or. quarum pil. una vice grana IV. & pulv. lap. bez. or. grana V. in vino malvatico ſumpta per aliquod temporis ſpacium aliquale levamen attulerunt.

Externe inſeſſus & Balnea ex herbis, floribus, radicibus & lenioribus emollientibus & anodynis nec non diverſi ſacculi furfuribus, ſem. Carui & ſale toſto impleti, ventrique impoſiti, quin etiam veſica bubula lacte herbis flor. ſeminibus alterata & applicata, nec non olea, emplaſtra & unguenta lenientia non juverunt.

Ad Cardialgiam pil. Ther. cœl. ac vinum Hiſpanicum & malvaticum cochleatim ſumptum non ſine levamine & refectione virium uſurpatum. Externe Empl. ſtomachicum de Cruſta panis & de Tacamahaca cum oleo maſtichis & cydon. malaxatum, item cataplaſmata ex tritis cruſtis mellitis, aromatibus mixtis, vinoque Hiſpanico ad formam pulmenti coctis adhibita, regioque ventri-

culi

culi ol. Nucistæ inuncta, pulvillisque calidis semper munita fuit: Plura vid. Obs. CLXIV.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Febris symptoma colicæ convulsivæ.

Sequentibus pulveribus antifebrili & bezoardico alternatim sumptis felici successu expugnata fuit.

℞. cc. phil. ppt. corall. r. ppt. oc. 69. ppt. ebor. sine △. calcin. magist. saturn. à ʒiß. m. f. pulv. de quo ante horam paroxismi ʒß. in aqua cordiali sumatur.

Pulvis vero bezoardicus compositus fuit talis.

℞. gelatin. cc. ʒj. ebor. rec. in alcool. redact. ʒiß. matr. perl. ppt. ʒß. oc. 69. ppt. ʒj. lap. chrysol. ppt. ℈ii. lap. bez. or. ℈i. spec. diamarg. fr. ʒiß. sal. corall. ℈ß. m. f. pulv. priori modo usurpandus. Obs. eadem CLXIV.

* Eph. Dec. II. An. 10.

Arthritis cum colica convulsiva complicata.

Ad arthritidem (post tusionem venarum saphenarum) exterminandam interne mane ʒi. & vesperi circa horam quartam ʒß. de seq. pulvere cum aqua serpilli lumbricata sumpta.

℞. lumbr. terr. ppt. ℥ß. cc. phil. ppt. ung. alc. ppt. ana ʒij. sem. aquileg. ʒi. ol. n. m. expr. gr. iv. sacch. finiss. ℥iß. m. f. pulv. subtilis.

Externe pedes, manus & brachia axungia humana, unguentis anodynis, cataplasmatibus, oleo chamom. lumbric. ac anethi invicem mixtis, spiritu lumbric. &c. inuncta, & continua impositione sacculorum furfuribus calidis repletorum mitigata fuere, à quibus remediis dicta incommoda omnia in meliorem statum redacta fuerunt. Eadem Obs. CLXIV.

* Eph. Dec 2. An. 10.

Remedia dysenteriæ periculosissimæ, cui fluxus hepaticus supervenit.

Mox in principio morbi pulv. rhab. præscriptus.

℞. pulv. rhab. vin. granator. irrorat. & leviter tost. ʒi. n. m. gr. v. m. f. p. pro dosi una.

Pro potu ordinario interdicta cerevisia erat aqua cum pane calido, cui mixtura hæc ad gratiam misceatur.

℞. Tinct. ros. ℥iv. syr. Myrtin. comp. de rosis sicc. ana ℥ij. spir. ⊖-li qs. pro manifesto acore.

Cum fluxus alvi cruentus & purulentus intense

tenſe dolorificus & frequentiſſimus eſſet, pilulæ hæ ordinatæ.

℞. extr. tormentill. ℈ij. ther. cœl. ℈ß.
balſ. ind. gr. jv. m. f. pil. no. LX. pulvere
tormentill. inſpergendæ. m. & v. no. 3.
4 aut 5. deglutiantur,

non neglecto clyſtere ſæpius iterato ex lacte chalybeato, terebinthina in ovi vitello diſſoluta, mithridatio &c.

Creſcente autem magis fluxu & dolore ad conciliandam naturæ quietem potiuncula hæc nocturno tempore data.

℞. laud. op. cydoniat. gr. v. extr. tormentill. ℈ß.
ſyr. corall. ʒiij. aq. plant. ℥ß. cinnam. cydoniat. ʒii. M.

Continuante vero ſine intervallo excretione & viribus deficientibus potus ordinarius mutatus eſt.

℞. rad. tormentill. ℥iß. cc. uſt. contuſ. ℥ß.
n. m. ʒij. cydon. ſicc. prunor. ſylv. contuſ. ana ℥ß.
ſuberis ʒij. maſtich. in gr. ℈i.
ſem. coriandr. ppt. ʒij. inciſ. coq. in olla nova vitreata cum aq. menſuris jv.

Ad conſervandas vires autem

℞. aq. prun. ſylv. ℥iß. margar. ppt.
corall. r. bez. or. ana ℈ß. conf. alk. ℈i.
aqu. perlar. uſitat. ℥i. m. ad vitrum
de qua cochleatim ſæpius ſumatur.

Noctu pilulæ hæ deglutiantur.

℞. extr.

℞. extr. tormentill. ℈ß. Ther. cœl. gr. v.
m. f. pil. no. vij.

Interea non eſt neglectus clyſter ſuperior, & ventri empl. adſtringens impoſitum.

℞. bol. arm. terr. ſig. ſang. drac. ana ʒiß.
maſtich. thur. ana ʒi. cort. granat.
fl. balauſt. ana ℈ii. caryophyll.
cinnam. n. m. ana ℥ß. terebinth. ʒii.
colophon. ceræ citr. ana ʒiii. Theriac.
Andr. ʒii.
m. f. l. a. empl.

Reiteratæ eædem pilulæ à quibus dolor quidem remiſit, fluxus autem continuus fatalis ſpecifica ſiſtentia requirebat.

℞. croc ♂. adſtr. flor. ferri.
troch. d. ſpod. bol. arm. ppt. lapid. rubric. ana ʒß.
margar. ppt. corall. r. ppt. ana ℈i.
m. f. pulv. ſumatur de eo quantum acumina tria cultri capere poſſunt m. & v. cum ſyrupo ſequenti.

℞. ſyr. myrtin. comp. de roſ. ſiccis à ℥ii. M.

His continuatis una cum clyſtere & potu ordinario omnia videbantur feliciter agi. Cum autem die trigeſimo fluxus hepaticus ſequeretur cum magna copia inſtar loturæ carnium, res ulteriori hac quidem via & felici tractata fuit.

℞. ſpod. fl. roſ. r. bol. arm. terr. ſigill.
hæmatit. ana ʒß. corall. r. ppt. charab.
marg. ppt. gum. arab. tragac. ſem. papav.
alb.

alb. portulac. malv. rof. rubr. plantag. cc. uft. fucc. acac. à gr. xv. fperniol. Cr ʒiß. m. f. pulv. add. balf. indic. gr. viij. & cum fyr. myrtino comp. qf. m. f. electuar. dof. m. & v. cochl. unum.

℞. eff. catechu ʒi. balf. ♎. tereb. gr. viij. m. ad duas dofes de die & nocte cum brodio fumend.

Sæpius utatur hac gelatina diffolut. in jufculo:

℞. ichthyocoll. ℥ß. raf. cb. & cc. ana ℥ß. aq. fontan. ℥vij. coq. ultra dimid. coletur & refrig.

Externe cordi & utrique pulfui epithema impofitum.

℞. aq. cordial. è fucc. ℥iv.
carbunc. ʒi.
acet. è rubo idæo flor. tunic. ana ʒiij.
fpec. pro epithemate cordis ℈j. m.

Tandem inter prædicta non leve attulit auxilium pulticula hæc bis aut ter in die de ea fumendo.

℞. maftich. in gr. gum. arabic.
ceræ alb. fubtiliff. rafæ ana ʒß. m. f. pulvis includendus in malo cydonio, & cum modico aq. & facch. coquendo in formam pultis. Obf. CLXXVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Remedia fterilitatis.

Si fterilitas ab uteri laxitate & humorum pravorum colluvie dependet, præmif-

fis

ſis univerſalibus præparantibus & evacuantibus balneum artificiale tripartitum in plurimis optatum præſtitit effectum.

Balneum autem primum eſt emolliens.

℞. herb. mercurial. mvj. alth. mjv.
verbaſc. paralyſ. cum flor. ſalv. ſylveſtr.
meliſſ. origan. matricar. fl. chamom.
melilot. ana mij. rad. lil. alb. ℥ii. altheæ
enul. à ℥i. inciſa M. ad ſacculum coquendum in aq. fluvialis qſ. balneet m. & v.

Habita virium ratione continuando per ſex dies, & ſumendo omni mane ante ingreſſum balnei doſin unam huius pulveris cum juſculo:

℞. tartari vitriolat. ſal. meliſſ. &
corall. oc. 69. ppt. ana gr. vj. m. f. pulv.
& ſic doſes vj.

Secundum balneum eſt laxans.

℞. herb. mercurial. mvj. betonic.
meliſſ. ſalv. ſylv. ana miij.
chamædr. origan. artemiſ.
matricar. ana miß. puleg.
calaminth. ſaturejæ.
flor. chamomill. melilot. ana mj.
rad. bryon. ℥vj. ir. noſtr. ℥ii.
rub. tinct. ℥ß.
M. inciſa ad ſacculum.

Ante ingreſſum balnei matutini doſin huius pulveris cum juſculo:

℞. fœcul. bryon. ⊖li ♂t.
ſalis puleg. pulv. ſyrii ana gr. v.

m. f.

m. f. pulv. & ſic doſes æquales. No. vj.
Tertium balneum eſt corroborans.
℞. herb. mercurial. m. vj. betonic.
ſalv. meliv. paralyſ. c. flor. ana m iij.
roriſmarin. origan. ſerpill.
flor. roſ. rubr. ana m ij. ſpic. celtic.
fol. laur. balauſt. maioran.
agrimon. ana m j.
rad. acor. paluſtr. caryophillat. ana ℥ ij.
pentaphyll. ℥ ß. cyper. rot. ℥ iij.
inciſ. commiſce ad ſacculum.
Ante ingreſſum pulvis iſte ſumendus.
℞. Sal. corall. dulcific. gr. vj.
ſuccin. vol. gr. iij.
Pulv. Viperin. ℈ ß. m. f. pulv. ad vj.
diſtinct. Doſes.
Notandum quod unum balneum quatuor vicibus, duobus nempe diebus poſſit uſurpari, manentibus ſemper iisdem ſpeciebus, dein renovari oportet, ne fætorem concipiat.
Pro roboratione Viſcerum in fine prandii & cœnæ ſimilis tragææ ſit uſus.
℞. Cinnam. acut. ʒ iij. ſpec. Imperat. ʒ iß.
Corall. r. ppt. ʒ j. ſuccolad. indic. ℥ ß.
Eſſ. aurant. ſicc. ℥ ij. panis Martii ℥ iij.
m. f. pulv.
Felicior autem effectus ex balneo hoc tripartito ſecutus eſt, ſi balneum emolliens ante menſes fluentes; laxans menſibus aut fluentibus aut ceſſantibus (pro conſideratione

naturæ

naturæ & virium) & demum confortans uſurpetur. D. Georg. Tob. Dürrius. Obſ. CLXXVII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

In Doloroſiſſima Colica ſpaſmodica Balnei aquæ dulcis virtus.

Balneum aquæ dulcis ex emollientibus herbis conſtans palmam omnibus aliis præſidiis præripit, quod omnibus colica ſpaſmodica detentis priſtinam valetudinem reſtituere aptum eſt, ideoque priusquam vires nimio dolore attererentur, non tamen omiſſis cœteris neceſſariis faciendis, in decentem uſum vocandum. D. Ge. Abrah. Merchlius. Obſ. CLXXXVIII.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Procidentia uteri notha.

Dr. Mauric. Hoffmannus præmiſſo congruo fomento mediante candela cerea in eum uſum affabrè facta tunicam ſub rotundo tumore prominulam blande retrudi curavit, & ne denuo excideret, linteo triplici aq. fabrorum ferrariorum, cui radix plantaginis biſtort. pentaphyll. fl. roſ. r. ſumach & cortex guajaci incocta erant, immerſo & poſtea expreſſo ſuperinducta faſcia convenien-

te fir-

te firmavit, demum seq. empl. regioni pubis externe admoveri iussit:

℞. rad. bistort. cyperi.
flor. chamom. rof. rubr. balaust.
gallar. ana ℥j.
nuc. cupress. acat. thur. ana ʒß.
mastich. castor. ana ℈ij.
G. ladani ʒij. picis & colophon. ana ℥iß.

m. f. empl. Horum autem remediorum usu optime rursus se habuit. Obs. CLXXXII.
* Eph. Dec. 2. An. 10.

Inflatio intestinorum.

Dr. Frommannus hunc pulverem praescripsit:

℞. arcan. dupl. oc. 69. ppt.
tartari vitriolat. ana ʒj. m. f. pulv. divid. in part. æq. vj. totidem diebus mane in brodio carnis, cui radices ononid. petrosel. & glycirrhiz. cum cumino incoctae, sumendas.

Abdomini autem flatuum discutiendorum ergo extra hoc cataplasma.

℞. sterc. ovilli ℔j. pulv. carvi & 🜍r. ana ℥iij. in aqua & vino commista coq. & intra lintea duplicata calore debito prædita imponantur, qui calor sollicite servetur aut novo decocti calentis calore compensetur.

Qui pulvis laxitate alvi inducta excrementa

ſpiſſa, liquida, flava, viſcoſa, pituitoſa cum tumoris remiſſione eduxit.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Hemicrania.

Hæc in diverſis à Roſino Lentilio brevi curata ope pulveris errhini ſub elæoſacchari cephalici ſpecie naribus attracti, pleriſque aliis etiam narcoticis incaſſum adhibitis, cujus beneficio intra paucos dies è nare lateris dolentis mixta cruori ſanies exſtillavit cum ægrorum convaleſcentia, unde hariolari liceat, ſanguinis potius iſtud, quam lymphæ vitio contigiſſe, quod ſerum in pus abire non ſoleat. in append. Obſ. LI.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Methodus recte adminiſtrandi ſalivationem.

Propinatum 1. leniter purgans è manna calabrina cum ſyrupo roſ. ſolutivo, addito mercur. dulci diluente aqua malvæ.

2. Inunctio diebus tantum alternis facta, unguento ſimpliciſſime parato è crudo hydrargyro per corium traiecto, quod unguento reſumptivo officinali ſubactum addito ligni rhodii oleo, uncta calide dorſi ſpina à nucha ad coxendicem, præterea nil articulorum.

3. Empl. Vigonis d. ran. c. ☿. quantitate thaleri duplicis nuchæ applicatum.

4. Intus

4. Intus mane & noctu ad juglandis qv. electuarium capitur ex electuario Lentilii resumtivo, admixto certa proportione mercurio dulci.

5. Conclave non semper intense sit calidum, nec semper decumbere jubetur æger.

6. Imperatur diæta tenuis, sed ea tamen, quæ viribus conservandis sufficiat.

A tertia inunctione secutus in barone ptyalismus blandissimus sine dolore notabili vel faucium, vel gingivarum, duravit præter propter ad dies 5 vel 6 cum euphoria insequente valetudine. Usurpatus postea nonnisi viperinus pulvis cum confortantibus & antihecticis mixtus & essentia trifolii fibrini cum succo herbarum antiscorbuticarum. Laboravit autem Baro diutissime scorbuto cum pruritu totius corporis parcis exanthematis coniuncto. Conf. Obs. Lentilii LXXX

D. Lentilius statuit salivationem insons, imo nobilissimum juxta ac præsentissimum non tantum in venerea lue (cui soli hæc mancipari solet) sed ab aliis morbis plane Herculeis, e. gr. in cephalæis inveteratis, scorbuto confirmato, hydrope, elephantiasi, aliisque feræ scabiei speciebus, obesitate nimia, ut experti quam plurimi.

* Eph. Dec. 2. An. 10.

Gravissima & diuturna Contractura curata.

Dr. Prug Mayerus patienti Mercurium vitæ spagyrica arte rite præparatum porrexit, qui tam per superiora quam inferiora biliosa excrementa eduxit. Altero dein die extractum melampodii seu hellebori nigri in jusculo dissolutum tribus horis ante pastum sumendum dedit, & hoc cum medicamento ad decem dies continuavit, quo tempore ægrota se iam melius habere incepit, ideo ☿rium vitæ ei iterum porrexit, & deinde uti prius essentiam Hellebori nigri ad 10 dies sumendam, & sic intra tres septimanas, paucis externè adhibitis remediis, ab hac gravissima contractura fuit liberata non absque summa admiratione hominum, ita quidem, ut libere absque ullo impedimento ambulare potuerit, ac si nullum unquam talem passa fuisset morbum.

Huius radicis miranda virtus adhuc ulterius ad principales curandos morbos, ut apoplexiam, epilepsiam, podagram & hydropisin se extendit. Obs. I.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Experimenta de tinctura martis solari, ex minera Hassiaca.

Dr. Jacobus Wolffius in mixtione illius Tincturæ fortuito lambens levamen sensit

ſit in rhagadibus dolorificis ac poſtero tempore in puſtulis moleſtis linguæ. Poſtea crebrius dictam Tincturam pro utriuſque mali curatione in uſum minus irritum admiſit. Solius quippe Tincturæ illius guttulam unam ſive duas aliquoties in hora admovendo utrique parti affectæ opem tandem attuliſſe obſervavit.

Poſthæc in cruſta lactea vel eſchara labiorum ac narium pariter ſalutarem obſervavit ejusdem uſum, qui fortaſſis æque exſpectandus eſt, ſi tinctura vel quod melius, vitriolum illius mineræ miſcetur cum axungia porcina, etiam admiſceri poſſunt guttæ aliquot mucilagini ſem. cydonior. tragac. ſyrupo violar. roſarum mororum aut glycirrhizæ. Utrum ipſius Tincturæ uſus in pupillarum eodem malo congruus quoque ſit, data occaſione quis experiri poteſt. Cavendum autem, ne induſium vel alia lintea pura tangat, alias tingit illa macula, quem ochra alioquin præbet. Obſ. VI.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Limatura Martis cruda.

Certiſſimum remedium ad vermes propellendos, altero die, ſi alvus obſtructa, clyſter cum anthelminticis compoſita applicari poteſt, poſt aliquot horas repeti poteſt doſis limaturæ Martis. Cuius uſu in mul-

tis infantibus ſemper cum omnium admiratione lumbrici excreti. Obſ. VII.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Oleum lumbricorum optimum Traumaticum internum.

Nullum datur melius Travmaticum internum in omnibus vulneribus, contuſionibus, fracturis, & aliis caſibus. Bis in die ad gutt. XII. XV. in liquore aliquo ſumptum non ſolum omnem dolorem, ſed quam citiſſime etiam vulnera, & fracturas claudit cum ſumma admiratione, illud in ſe ipſo & plus centum aliis expertus eſt Dr. Ambroſius Stegmannus. Concludit igitur, quod maximum anodynum in hoc oleo ſit, quod non ſolum externè in podagricis affectibus, ſed etiam interne ſalutares exerat affectus. Obſ. IX.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Fluor albus.

Uſu ſyrupi corall. Quercet. multis fruſtra tentatis remediis in duabus mulieribus curatus, una ſimul uſa eſt pulvere terræ ſigillatæ. Dr. Lanzonus obſ. XXXIX.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Dolores poſt partum.

Dr. Chr. Franciſcus Paullini fœminam ſum-

ſummis doloribus à concreto ſanguine laborantem ſpermate ceti curavit in decocto Zedoar. ſalv. & cortic. aurant. Obſ. XLI.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Icterus contumaciſſimus.

Dr. Anhornius decoctum Lindani præſentiſſimarum virium à ſe expertum præſcripſit.

℞. rad. cichor. taraxic. ana ℥i.
chelidon. maj. ℨvj.
herb. endiv. cichor. fragar. ana mj.
marrub. alb. mß.
fol. ſen. s.ſt. ♀. alb. crud. ana ℨvj.
inciſ. coq. in aq. font. & vin. alb. à ℔iiß.
in B. M. per horas iß. colat. add.
ſpir. tartar. rectif. ℨij. m. d. ſ.
Gelbſucht-Tranck Morgens und Abends einen Becher voll davon zu trincken.

Quo ſedulo uſurpato poſt paucos dies feliciſſime reſtituta fuit. Obſ. LXXXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 9.

Affectus Iliacus hypercatharſi curatus.

Dr. Anhornius Sydenhamii methodum ſecutus primo vomitum per liquorem ſalino acidulatum compeſcuit medicamentum ex ſucco Citri ℥ß. & ſalis abſinthii ℨß. exhibens. Quod ſecunda vice ſequente vomitu ſtercoris fœtidiſſimi exhibitum. Dedit dein

quovis semihorio cochlear aquæ menthæ, quam cum patiens abhorreret, aquam melissæ aquæ cinnamomi mixtam substituit, & ægram per biduum hac sola & jusculis analepticis nutrivit & sic à vomitu præservavit. Et dein tentavit tubuli intestinalis per ℨj. pilular. cochiar. major in aqua consueta solutarum reserationem, omissis ad tempus omnibus confortantibus internis, eoque diligentius adhibitis externis vomitum caventibus cataplasmate stomachico ex fermento, pulvere foliorum menthæ, Theriaca & N. M. aceto rosaceo subactis, naribus apposito pane domestico, ventri applicatis linteis oleo lini ebriis, anum digitis butyro tinctis titillando & calidis unguentis fovendo. Tandem laxatis vinculis cum intenso fætore & flatibus multis multum scybalorum nigricantium numerum excrevit, quem excepit fluida alvus, & secuto adhuc unico vomitu stercoris quasi critico liberata ad se rediit. Sedulo deinceps continuata confortantia optima & sensim visceribus naturale robur & corpori vires accesserunt. Obs. XC.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Cura Melancholici.

Dr. Ledelius ℨj. syrupi emetici exhibuit cum optata operatione, deduxit etiam singulari modo ad admissionem sectionis Venarum poplitum, & vesicatorii ad nu-

cham

cham appositionem & barbæ rasionem, circa vesperam syrupum laxantem scypho vini, quo delectabatur infundebat, qui leniter operabatur in nocte. Quia autem omnem medicinam fugiebat, cerevisiam autem liberius bibebat, hæc ita medicabatur, ut nec odor nec sapor ingratus exsurgeret, ideo hunc dabat pulverem in urceo quatuor librarum cerevisiæ ad aliquot cultri cuspides ad lenissimam potus alterationem. Ab usu hujus alvus de die leniter fluxit, sudavit, urinam crebrius emisit, sitis evanuit, somnus amænus successit, & sic singulis diebus natura lentè consuetas operationes subiit, cum singulari omnium solatio & felici exordio. Candide communicat hunc pulverem, prout exhibuit, si forsan Deo benedicente in eodem casu proficuus existat.

℞. Salis tartari alb. ʒvj.
juniperi, absinthii,
cardui bened. ana ʒiß.
cichor. ʒj.
Nitri antimoniati ʒv. m. D. ad vitrum.
S. Pulver ins Bier. Obs. XCVII.
* Eph. Dec. 3. An. 1.

Diabetes notha.

In hac indicatio est, qua ad temperandam nimiam succorum acido-salsorum acrimoniam manu quasi ducimur, & ad bilem solum-

ſolummodo viſcerumque læſum tonum re-ſpicimus, atque ideo Dr. Schuchmannus pulverem dedit ex amaricantibus & catechu ppt. una cum Eſſentia abſinth. comp. itemque poſtea Elix. Propr. ſ. acido, quibus per tres ſeptimanas uſurpatis ita convaluit, ut non tantum cereviſiam impune iterum bibere potuerit, ſed & à moleſtiſſima illa p. n. urinæ excretione penitus fuerit liberatus. Obſ. CI.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Affectus Hyſtericus cum graviſſimis animi deliquiis.

A Dr. Joan. Jac. Franc. Vicario ſeq. remediis præſcriptis curatus eſt.

℞. Ung. alc. ppt. cc. phil. ppt. ſuccin. alb. ppt. Cinnab. nat. ana ʒii. ſperm. ceti ℥ß. m. f. pulv. divid. in Doſ. XXXVI. ad tot chartas, quarum m. & v. qualibet vice doſin ſumpſit in juſculo;

In prandio autem in primo cochleari juſculi ordinarii gutt. XXX. de ſeq. Eſſentia.

℞. Eſſ. lignor. abſinth. ana ʒiß.
Spir. cochlear. ʒj. m. ad vitrum.

Interea quoque ſæpius ſumpſit de hoc confortante, quantum cultri cuſpis largior capit.

℞. Conſ. cochl. ℥iß. fumar. ʒvj.
Carn. citr. cond. ʒiij. Conſ. d. hyac. ʒj.
Diaphoret. Mart. eb. ſ. △. par. ana ʒiß.
Syr. ſcelotyrb. qs. m. d. f. Electuar.

Diſſua-

Dissuasit vinum, & ordinavit hoc Decoctum.

℞. Rad. filic. ℨiij. scorz. ℥ß. cich. ℨiß. sem. anis. ℨij. pass. min. ℥j. incisa & contusa Coq. in mens. ij. aquæ comm. ad consumpt. octavæ partis. Aromatisetur in fine pauco Cinnamomo. Quod pro potu ordinario serviit.

Durante hac cura frequentes frictiones pedum ac manuum linteis calidis celebrari curavit. Ob alvi indurescentiam præscripsit seq. Electuarium.

℞. Elect. lenitiv. pulp. pass. min. ana ℥ij. pulv. sem. anis. ℨij. syr. viol. qs. M. Obs. CVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Abdominis Crurum pedumque tumor.

Dr. Hünerwolffius ordinavit Electuarium sibi familiare ex Rob. ebulino, juniperino, & Electuario Tamarindinato cum extracto Diacarthami composito parat. unde haud parum allevata detumuit. Obs. CXIII.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Prolapsus uteri.

Vterus supinè coxis elevatis & poplitibus reflexis jacente fœmina Decocto bismalvæ, chamæmeli, anethi lotus & fotus, deinde ros. r. & tormentillæ pulvere asper-

sus

ſus felici repoſitus eſt manu atque nullius annuli retentus eſt ope. Obſ. CXIV.

* Eph. Dec 3. An. 1.

Mirabilis vermium Copia feliciter ejecta.

Exhibitus pulviſculus Timæi von Guldenklee lit. R. ter indies ad gr. iv. in cereviſia calida, dein de Rotulis B. conceſſa una & altera ſenſim deglutienda, atque ex horum uſu lumbrici grandes vivi & mortui catervatim inter ſe colligati & implicati eliminantur.

A.

℞. vitrioli veneris. qv. affunde phlegma vitrioli ad eminentiam 2 vel 3. digitorum, ol. vitrioli parum. Stent in digeſtione per tres dies, poſtea filtrentur & cum oleo tartari præcipitentur flores cœrulei, aqua dulci optime diligenterque edulcorandi.

B.

℞. ſem. cynæ. ʒi. agar. troch.
Spec. diaturb. c. rh.
rhabarb. opt. ana ℈j. troch. d. rhabarb. ʒß.
mercur. dulc ℈j. ſacch. alb. in aq. abſinth.
ſol. ʒv. f. Rotulæ.

D. Hünerwolf. Obſ. CXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Scabies Neo-gamorum vulgo Braut-Krätze.

Dr. Hünerwolffius eam curavit ſolutione ſacch.

facch. faturni & ☿rii dulcis in aqua calcis vivæ. Obf. CXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Materiæ purulentæ cum fanguine permiftæ rejectio.

Hæc tam copiofa fuit & virium tanta jactura ut præ debilitate & materiæ peccantis copia exfpiraturus videretur. Ideo D. Marcus Gerbezius pro materiæ purulentæ prompriori excreatione, abfterfione & ulceris confolidatione de tali decocto quolibet mane ad ℥iv. propinavit.

℞. decoct. pectoral. cum rad. chin. ℥ii.
herb. fcab. veron. beton. tuffilag. ana mj.
fact. ℔iß.

add. fyr. de hed. terr. de fymphyt.
Fern. ana ℥iiß. M. D. ut fupra, quolibet
mane ℥iv. cum balf. fulphur. tereb. gt. iij.

Interdiu fere frequenter de tali Eclegmate lambat.

℞. ol. amygd. d. rec. expreff.
fyr. de farfar. de iuiub. d. alth. Fern. à ℥j.
facch. cand. alb. qf. m. f. Eclegma.

Externe etiam empl. filii Zachar. geftet, & tandem pro virium fuftentatione, præter frequentia iura caponis, cochleatim de tali mixtura cordiali affumat.

℞. aq. cord. H. Sax. ℥iij.
fcabiof. tarax. ana ℥j.
conf. alk. c. ℨß. man. xt. perl. ℨj.

margar.

margar. ppt. oc. 69. ppt. ana ℈j.
ſpir. roſ. ʒß. fol. ☉. no. j. M.

Atque cum iſtis intra paucum tempus indies imminuta puris copia, alleviata reſpiratione, & addauctis viribus ita profecit, ut de recuperanda ſalute non amplius dubitaret. Pro majori tamen ſecuritate author fuit, ut patiens adhuc per aliquot ſeptimanas, de inſigni illo antiphthiſico, cuius ex Winclero meminit Ettmüllerus de Phthiſi, nonnihil immutato caſtaneæ magnitudine aſſumeret, ſuo tempore lac aſininum caprinumve bibiturus, quibus feliciter reſtitutus eſt. Obſ. CXXX.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Vomitus ſanguineus ex vociferatione.

Dr. Maurit. Hofmannus quiete ægro demandata ex cochleari ſubinde propinandam hanc præſcripſit mixturam.

℞. aq. plantaq. ℥iii. cinnam. cydoniat. ℥j.
acet. deſtill. ℥ß. ſyr. de roſ. ſicc. ʒiii.
flor. tunic. corall. r. ana ℈iß. G. ſang. drac. pulv. gr. xxiv. M.

Inſequente nocte etſi ſumpſiſſet pilulas ex extr. tormentill. gr. v. & ther. cœl. gr. j. paratas vomitus cruentus rurſus ægrum infeſtavit, hinc mane v. ſ. quaſi revulſoriam ſed parcam in brachio adminiſtrandam ſuaſit, atque ventriculo empl. ſeq. imponi curavit.

℞. empl.

℞. Empl. de cruſt. pan. diaphœnic. fr. à ℥ß. malax. ol. menth. coct. & extend. ſuper alutam magnitudine & figura conſueta pro ſcuto ſtomachali.

Poſtea Tincturam lap. hæmatit. quotidie bis cum iuſculo aſſumendam deſignavit, demum addidit uſum pro lubitu ſumendæ conſerv. roſar. antiquæ horum ingredientium acceſſione nova auctæ:

℞. conſerv. roſ. r. ℥ii. corall. r. ppt. ʒj. lap. hæmat. ſang. drac. oc. 69. ppt. ana ℈i. m. c. ſ. q. ſyr. papav. err. pro condito.

His remediis diligenter uſurpatis ægrotus D. B. cum priſtina ſanitate in gratiam rediit. Obſ. CXXXIX.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Vulnus thoracis globulo ſclopeti inflictum cum pulmonis læſione.

Per remedia à Dr. Maurit. Hofmanno ordinata feliciter curatum.

Ante omnia virium defectui conſulturus ægro iulapium propinavit ex aq. plant. rub. id. veron. chærefol. ceraſ. n. cinnam. fl. cord. & ſyr. papav. err. corticumque citri confectum.

Sanguini extravaſato coagulato reſolvendo & reſpirationi relevandæ pulvere ex antim. diaphor. oc. 69. ppt. ſperm. cet. & ſpec. diair. uſitat. atque cordialibus temperatis idonea

nea proportione mixtis concinnato, per vices dato profpexit.

Hinc ad ulteriorem opem ferendam apozema traumatico-pectorale bis quotidie calide bibendum obtulit, mane autem ieiuno ventriculo balf. ♀r. anifat. gt. xv. ad xx. cum jufculo affumendas præcipit.

Ad fitim coercendam febremque præfentem mitigandam decoctum c c. crud. raf. pat. rad. fcorz. chin. farfap. fem fænic. bacc. alkak. caricar. pingu. & liquir. rafæ pro lubitu hauriendum conceffit, & cum hoc ipfo ad vigilias demulcendas emulfiones ex fem. 4. fr. major. papav. alb. card. ben. & aliquot amygd. dulc. rec. excorticatis elici voluit.

Interea vulnus à chirurgo fedulo & perite tractatum, dum pro materia cruento-purulenta thoracis detergenda, juvandaque pulmonis confolidatione decoctum feq. tepide per fiphonem bis quotidie injectum.

℞. rad. plant. ℥vj. confolid. maj.
ariftoloch. rot. ver. ana ℥ii.
hb. agrimon. veronic. hyperic. alchimil. ana mß.
rofmarin. p.ij. flor. rof. r. prunell. ana pj.
myrrh. ℈ii. hord. mj. incif. & contuf. m. & coq. in aq. f. q. ad ℔iß. colat. add.
mell. rof. ℥ii. balf. vulnerar. ℥iß. m. ad ufum.

Ex-

Externe thorax tali linimento calidè inungebatur.

℞. ung. pectoral. rubr. potabil. ana ℥iß.
anod.
ol. lumbr. terr. hyperic. ana ℥j.
ol. terebinth. destill. ℈ß. succin. destill.
gt. vj. M.
mox eidem pro fomento impositis sacculis
ex chærefol. agrimon. veron. salv.
flor. chamom. melilot. rosm. repletis,
interpassatis, vino ferventi prius immersis, dein expressis.

Post hæc repurgato satis vulnere omissa iniectione cum turanda indebatur seq. unguentum.

℞. ung. d. beton. balsam. vulnerar. authoris
ana ℥iß.
mellis rosac. ℥iii. M.

Atque sic vulnus ex voto consolidatum fuit, nisi quod respirationem haud prorsus, uti antehac liberam experiatur. Obs. CXLI.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Topicum antiquartium Helmontianum.

Ettmüllerus eius compositionem fieri asserit ex fol. tabaci affusione vini coctis ad ebullitionem ad mediam horam, postea colatis & fortiter expressis, colaturæque expressæ addendo succi Nicotianæ inspissati mellis communis, ceræ opt. olei communis

ana q.ſ. ad conſiſtentiam cerati vel cataplaſmatis ductilis tepide regioni renum applicandi.

D. Emanuel König putat Helmontium quartanam non Emplaſtro ex Nicotiana ſed aliis reſolventibus & abſtergentibus vegetabilibus ſanaſſe. Nimirum recepit hoc Empl. fol. & radices porri hortenſis part. iii. verbenæ luteæ ſeu eryſemi ante ortum ſolis menſe Majo rore adhuc madidi collecti part. ij. ſucc. heder. arbor. quercui adnaſcentis part. i. quibus omnibus tritis, bene contuſis, & ſubactis immiſcendum aliquantillum de oleo bacc. juniperi, vel in eius defectu ſaltem ſucci granorum eius in aq. leviſtici coctorum ad omnimodam evaporationem additaque tandem pinguedine porcina redigitur in cerati vel unguenti ſpiſſioris conſiſtentiam, quod regioni lienis, renum, ſcrobiculo cordis & medullæ ſpinali inungendum, quo nimirum viſcoſitates lymphæ in glandulis fermentum ſpecificè acidum febrile foventibus ſalis volatilis porri & eryſami ingreſſu ſufficienter reſolvuntur, volatiliſantur, inciduntur & emendantur. confer Obſ. CXLVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Spiritus Bezoardicus D. Buſſii.

Huius deſcriptionem candidè propalat D. Emanuel König:

℞. ſpir.

℞. ſpir. ung. alc. cc. ana ℔i.
bacc. juniper. ℔ii.
ol. deſt. ſuccin. alb. ℥j.
ſal. vol. cc. ſuccin. alb. ana ℥ß.
Deſtillentur ex alembico. Doſ. gutt. xxx.

D. Schelhammerus in eleganti de febribus Tractatu hinc inde pro diaphoretico laudat. Obſ. CXLIX.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Melancholia cum taciturnitate ultra medium annum.

Dr. Tobias Dürrius pro eius cauſa oppugnanda ut ſanguini conveniens craſis & ſpiritibus natura volatilis reſtitueretur, aperientibus, humores præparantibus, per epicraſin benigne evacuantibus, præcipitantibus, acidum corrigentibus, fuliginum aſcenſum prohibentibus, ſpiritus refocillantibus, humorem atrabilarium ſpecificis demulcentibus curam, etiam tempore hyemali minus opportuno, feliciter peregit.

Inter aperientia erat pulv. Cachecticus Dan. Ludovici ad gr. xv. cum ſalis fraxini tamariſci & ♀ri vitriolati ana gr. v. mane cum iuſculo, pergendo ad plures dies. Subinde circa veſperas applicabatur clyſter ex lacte capr. melle roſat. butyr. rec. ſaccharo Thomæo, non ſolum ad aperiendam alvum, ſed ſucceſſive revellendum à ſuperioribus.

Duabus ante cœnam horis ſumpſit Tinctu-ræ Melampodii & eſſ. trifol. fibr. juxta de-ſcriptionem Ephemeridum decur. 2. ann. 2. p. 174. ana partibus æqualibus guttas 20. aut plures, continuando ad tempus.

Pro leni ſubductione materiæ reſeratæ al-ternis diebus matutinis de iulapio laxante ℥ii. aut iij. bibit.

℞. rad. 4. aper. ana ℥i. fl. 4. cord. ana p. ß.
agrim. capill. ♀r. cuſcut. ſcolopend. à p. 1.
ſem. cartham. cont.
4. fr. maj. ana ʒii.
fol. ſenn. el. s. ſt. ſumm. epithemi.
rad. polypod. ana ℥i. helleb. n. ppt. ʒii.
agar. crud. ʒi. cinnam. acut. ʒii.
aq. cichor. agrimon. ana ℥ix.
fiat maceratio per horas xxiv. dein fiat fortis expreſſio, cui add. ſacch. fin. qſ. ut f. liquor ad iulap. conſiſt. d. ad vas, in quo ſuſpendatur rhab. opt. inciſ. & ſerico incluſ. ℥ß. macis ℈ß.

Pro confortatione viſcerum prandium & cœna claudatur tragemate hoc, quod ſimul præcipitandi vim habet.

℞. pulv. ſtomach. Birckm. ℥i.
oc. 69. ppt. corall. r. ppt. ana ʒii.
confect. è ſucc. citr. & aurant. ana ℥ii.
ol. cinam. gt. iij. m. f. pulv. D. ad ſcatul.

Qui cum pane toſto & vino irrorato ſumatur. Externe geſtetur Empl. ſpleneticum.

℞. ce-

℞. cerat. de ammoniac.
empl. de cicut. ſplenetic. Verbez. ana ℥ii.
pulv. verben. nitr. ppt. ana ʒi.
M. malax. c. ol. de cappar. extend. ſuper alut. pro ſcuto ſplenetico.

Præmiſſis his minorativis v. ſ. in brachio adminiſtrata eſt. Sylvius ſummopere laudat in melancholia eſſentiali ſectionem venæ frontis. Hinc rurſus alternatim perrectum pulvere cachectico aperitivo & iulapio laxante cum reliquis ad 3. vel 4. ſeptimanas. Dein iuxta mentem Hippocratis ſ. 4. aph. 9. melancholicos crebrius purgandos eſſe per inferiora pro maiori ſubductione humoris atrabilarii pil. ſeq. ordinatæ.

℞. extr. helleb. n ℈i. mag. Mechoc. n. gr. v.
m. f. pil. no. xv. deaur. pro una doſi.

Poſt 2 horas iulapii laxantis ℥i. ſumendo. A quo medicamento magna per plures ſeceſſus humoris viſcoſi, cineritii, & aduſti copia excreta.

Uſurpatum quoque ſerum lactis caprin. c. helleb. n. & variis herbis aperitivis deſtillatum, & tandem acidulæ ferratæ Egranæ, iis finitis Tincturæ ſeq. alternis diebus ſumptæ.

℞. Tinct. melampod. ʒvi. doſ. gutt. 20. aut plures.

℞. ſpir. ſal. armoniac. ʒij. Tinct. croc. ʒi.
m. doſ. gt. 13. aut plures alternis diebus.

Interea ſingulis 10 aut 12 diebus de pilulis tart. Schröd. ℈ß. deglutitum. Dein ſal. helleb.

helleb. n. ℈j. mane cum iuſculo aſſumptus.

℞. ſal. Helleb. n. ʒv. gran. chermes ʒß. croc. auſtr. opt. gr. xv. m. f. pulvis.

Coronis curæ impoſita, & nil magis profuit quam decoctum ſeu brodium gallinæ ex hiſce herbis recentibus.

℞. ſcorz. cum toto borrag. bugloſſ. hepat. nob.
hepatic. ſtell. beton. fumar. ſcolopendr. meliſſ. rut. murar. cochlear. anagallid. c. fl. purp. hyperic. roriſmar. c. fl. chærefol. ana miß. fol. helleb. nigr. mii. Inciſa omnia recentia commiſce, de quibus mj. coq. in iuſc. gallin. non ſalit. ℥vj. ad dimidium. Colat. d. m. & v. duabus horis ante cœnam.

Per totum morbi decurſum cibus erat boni ſucci, facilis concoctionis, & vinum aqua dilutum. vid. Obſ. CLV.

* Ephem. Dec. 3. An. 1.

Colica hyſterica cum vomitibus ſtercoreis.

Roſinus Lentilius ſequentia præſcripſit:

℞. ol. n. m. expr. gr. xvi. ⊖. abſinth. ℈ij. croc. gr. xij. laud. op. gr. ii. m. f. pulv. pro 2 doſibus.

℞. rutæ miß. abſinth. chamom. ana mj. rad. alth. ℥i. caſt. colocinth. in pet. lig. coq. in ſ. q. aq. font. col. ℥viij.

elect.

elect. hier. picr. c. agar. ol. chamom. à ℥i.
ol. coloc. ʒii. ☉. refinat. ℈ii. m.
f. clyster, etiam iterandus.
Foris unguentum.
℞. ung. nervin. dialth. ana ℥ß.
ol. hyosciam. ʒiij. pingu. castor. ʒiij.
laurin. ʒii. m. inungatur abdomen
calide singulo bihorio.
Scrobiculo cordis cataplasma ex fermento panis cum n. m. & Theriaca applicatum. Remisit omnino malum, sed recurrentibus post biduum symptomatis cum vomitibus iam fere stercoreis clysteres bis in die applicati tantum domestici, quibus olei multum ex ol. rut. abs. fænic. lini, & oliv. mixtum.

Exhibuit dein bis in die gutt. xxv. ex tinct. castor. ʒi. opii ʒß. m. & seq. pil. n. x. mane & noctu.
℞. op. theb. 🜄. sol. & inspiss. ʒß.
n. m. pulv. ʒß. ol. caryoph. gt. ij.
menth. gt. vj.
f. pil. pond. gr. i.
omnibus nil juvaturis
℞. ☿. crud. per alut. traject. ℥iij.
ol. amygd. d. ℥iß. facch. cand. alb. ʒi.
m. & probe quassata hauriantur, sed hoc ultimo non fuit opus, nam opiata ista tulerunt D. B. paginam omnem salva muliere. Lentil. in parallelismo ad Obs. CCXXXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Liquor elegans coſmeticus Rolfincii.

℞. aq. lil. alb. q. v.
ol. ♀r. p. d. ʒj. m. alibi addit camphoram.

Egregius pulvis Emmenagogus Tim. à Güldenklée.

℞. ſtamin. lil. alb.
flor. cheir. calend. croc. or. ana ʒj.
ſpec. troch. d. myrrh. ʒij.
ſuccin. alb. ppt. ℈iv.
caſtor. ſabin. faec. bryon. ana ʒi.
ol. ſt. ſuccin. alb. gr. xv. m. f. pulv.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Cataplaſma digerens ad anginam Rondeletii.

℞. ung. dialth. ol. lil. alb. amygd. d. ana ℥i.
ſterc. hirund. ℥iß. M.

Hæc tria habet D. Tilingius in lilio curioſo, & ex eo D. Valentini in hiſtoria litteraria, in append. p. 160.

* Eph. Dec. 3. An. 1.

Frictionis eximius uſus.

In ſtupore manus ſiniſtræ hemiplegiæ prodromo D. Jo. Ægidius Euth ſuaſit frictionis univerſalis & particularis uſum horis congruis præſertim matutinis, ventriculo vacuo, non intempeſtive tamen & immode-

rate

rate, manibus inſtitutæ ſolis vel aſperis pannis, vel ſacculo herbis idoneis aromaticis, repleto, quæ ſicca tunc vocatur frictio: humida vero ex balſamicis oleoſis, ſpirituoſis, cum prophylactice tum therapeutice. Morbis opportunos præſervat, morboſos ſanat, vacuat, extrahit, revellit, muſculorum fibras, ſyſtema nervoſum roborat, rarefacit, diſcutit, atrophiam removet, carnem ſenſim & modice auget, imo ad arbitrium Franciſci Baronis de Verulamio, in hiſtor. vitæ & mortis, vitam prolongat, ſuſpenſorumque cervices non effractas reſtaurat. Obſ. V.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Laryngis inflammatio ſuffocationem minitans.

Sequens à Dr. Euthio ordinatum congruo reiteratum tempore mira ſane præſtitit.

℞. ſal. ſuccin. vol. fl. benz. lact. 🜂r. ambr. gr. ver. ana gr. IV. moſch. or. gr. ij. m. f. pulv. ſubtilis. Divid. in 2. part. æq. pro 2 doſibus. Obſ. VII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Alvi obſtructio novem diebus durans cum triduana ſuppreſſione urinæ.

Dr. Hannæus totam curam utut periculoſiſſimam expedivit clyſterem è ſolo lini oleo, ſeptem clyſteribus per aliquot dies

 à chi-

à chirurgo vano ſucceſſu iniectis ſuperinjiciendum imperans. Obſ. XII.

* Ephem. Dec. 3. An. 2.

Icterus.

Inſigne eſt arcanum ad icterum, etiam cum febre junctum, albumen ovi, quousque in ſpumam abeat conquaſſatum & cum aqua graminis commixtum v. & m. ad ℥iv. aſſumendum, cui ſi placuerit, tantillum ſacchari adjici poterit. Mirum quam ſtomacho ſuaviter gratificetur, ſenſim ſitim ſedet, appetitum ſuſcitet, jecoris æſtum temperet, croceum cutis colorem deleat, ut millies expertus eſt D. Lanzonus. Obſ. XXXV.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Podagra.

Smilax aſpera magnum ſolamen eſt miſeris podagricis, ut illos ab iteratis cruciatibus tueatur. Frondes ejus ſalutariter admoventur, utrisque tarſis pedum, malleolis, tibiis ad ſuram uſque, & ſingulo quoque die renovantur, ſenſim absque manifeſto ſenſu extrahunt ichores fætidos, inducto leni in ſuperiori cuticula attritu. Probabile eſt eos à lympha per glandulas ſubcutaneas excurrente prodire. D. Lanzonus Obſerv. eâdem.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Anti-

Antimonium Diaphoreticum longè præſtantius.

Si ſtibium diaphoreticum cum ſale nitrato, quod ex ejus iteratis ablutionibus colligitur, pari doſi commiſceas, antimonium diaphoreticum longè efficacius nanciſceris, quod ad gonorrhœam gallicam, affectus R. & V. icterum, ſitim, ſtomachi ardorem, ſimilesque ægritudines miram opem præſtare conſuevit. D. Lucas Tozzius cum catharticis illud miſcuit, indeque ſucceſſive eracuationem blandam ac felicem ſine ſtomachi faſtidio aut ventris moleſtia ſecutam D. Lanzonum per literas commonefecit. Obſ. eâdem.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Tinctura vitrioli Martis in Quartanâ.

Dat in febribus inducias per octiduum & ultra exhibita, & ſingularem præ ſe fert utilitatem, febre etiam intermiſſionem ſimulante. Obſ. XLII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Affectus hyſtericus à ſuppreſſis lochiis.

Dr. Khern nullis tam internis quam externis juvantibus ſpecificis remediis externe Oleum jovis Anglici bombace ad umbilicum apponi & interne ad aliquot guttulas propinari fecit. Quo aſſumpto poſt mediam

diam horam cum ingenti ſonitu per inferiores vias ingens materiæ cineritiæ fætidiſſimæ ſaburra excreta eſt. Obſ. LVI.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Vinum Hippocraticum febrem tertianam epidemicam curans.

Dr. Daniel Crügerus præmiſſo levi laxante Bezoardica ſimul adhibuit & poſt quartum paroxiſmum feliciter bolum ſequentem ordinavit.

℞. Theriac. ʒj. pulv. centaur. min. ℈ij. ſal. abſ. ℈j. rob. ſambuc. ʒiß. m. f. bolus ſumatur cum vino Gallico 4. hor. ante febrem & tectus ſudorem exſpectet.

Aliis hunc bolum reſpuentibus vinum Hippocraticum horis aliquot ante paroxiſmum ℥v. vel ℥vij. pondere calide ſumendum bono cum ſucceſſu ordinavit:

℞. gran. paradiſ. cardamom. caryophyll. macis ana ℈ij. cinnamom. ʒiij. vini Francici. ℔ij. ſacch. qs. affunde vinum calidiſſime, & in cantharo in aqua fervente poſito ſret per aliquot horas.

Sequentia etiam remedia proficua fuere. Aqua ſudorifera ſeu Theriacalis frigida Riverii, quam habet capite de febr. peſtil. ad ℥iij. exhibita. Pulvis Peſtilentialis Sennerti.

℞. Smaragd. ppt. gr. vij. hyac. ppt. gr. iij. oſſ. d. cord. c. ℈ß. lap. bez. gr. vij.

m. f.

m. f. pulv. exinde ſudor ſecutus. Obſ. LXIV.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Paralyſis & motus convulſivus.

Ad paralyſin adhibitæ frictiones & fomenta ex herbis calidis & vinaceis (ubi etiam magnæ efficaciæ expertus ſpiritus vini paraliticus Mynſichti) ad motum inordinatum vero pulvis mirabilis Mynſ. & de gutteta. Obſ. LIV.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Phthiſis Decocto ligni S. curata.

Si morbus à contagia phthiſeos fuerit contractus Decoctum l. ſ. uti alias in morbo gallico decoquitur & adhibetur, quo uſurpato per 4. ſeptimanas matronam ab omnibus ſymptomatibus & ipſo morbo liberavit D. Daniel Crügerus. Ad tuſſim ſyrupi & trochiſci ſimul in uſum ſunt revocati ut & conſerva roſarum. Hoc Exemplo confirmatur Arcæi & Riverii experientia. Remedium non in alia phthiſeos ſpecie locum habere videtur, niſi in illa, quæ à contagio contracta, & ubi character phthiſeos neque in familia, neque in ipſo corpore hæret. Obſ. LXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Reme-

Remedia ad calculum.

Dr. Daniel Crügerus cum per duas ſeptimanas calculo laboraret, mane comedit juſculum ex 4. radicibus, petroſelin. ſem. aniſ. mj. cum aqua coctis. Aqua hæc colata vitello ovi & butyro condita, dein pane triticeo intrito. Ex quo juſculo arenulæ prodierunt. Hora 10. ſeq. medicinam hauſit:

℞. ſal.ononid.juniper.à ʒß. aqua fragor.℥iv. ♎. 🜔. gt. xij. M.

Hæc medicina unico hauſtu ebibita plures arenulas expulit. A meridie hora 4. & per intervalla vinum Alkakengi per vinum Rhenan. & aquam fragor. ana factum aſſumpſit, & cum illa guttas x. ♎. 🜔. & iterum arenulæ conſpiciebantur, aliquando uſurpavit.

De tinctura auri gt. x. ex aqua magnam efficaciam deprehendit & arenularum copiam, hæc autem ſeq. modo erat parata.

Recepit 2. Ducatos, ſenſim ſolvit in 🜂. ℥iv. in ſolutionem injecit ☿r. crud. ℥iß. ſolutio facta eſt clara inſtar aquæ. Mixtura hæc ſtetit per 4. dies in arena loco calido, & ecce maſſa excrevit in magnum montem ita ut coactus ſit vitrum frangere & aquam claram deplere. Idcirco aurum ſeu ☉. hoc modo fermentatum injecit in crucibulum & adjectis carbonibus accenſis ☿r. expiravit, pulverem auri reſiduum aqua aliquoties abluit. Tandem abluto huic pulveri ſuper fudit ♎. 🜔. ℥iij. vel qs. qui ſolvebat aurum hoc.

Paucæ

Paucæ fæces albæ remanſerunt. ♎. ♎. ad dimidiam partem in B. deſtillavit De hac Tinctura gt. x. in ℥iij. aq. acetoſell. ſtillavit: & aqua tingebatur flavo colore, nec aurum præcipitabatur; ideo & in corpore hic ſpiritus ſalis & aurum individui comites manent. Quanta in hac Tinctura ſit efficacia, quilibet experiri poteſt, aurum enim licet non ſit centraliter reſolutum, tamen maxime attenuatum, ita ut vires ſuas valde exerere poſſit. Confer. Obſ. LXIX.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Virtus Eſſentiæ myrrhæ balſamicæ.

Dr. Godofredus Schulzius in febribus malignis epidemicis varietate ſymptomatum infeſtis hanc in illarum curatione præſtantiſſimam fuiſſe expertus eſt, ita etiam ut quicunque hac uſi ſunt omnes diæta legitime ſervata feliciter evaſerint. Etiam præſervative profuit. Omnes vel ægros viſitantes aut in domibus ægrotantium morantes, ſi m. ex v. hac Eſſentia uſi fuerunt, in hunc morbum delapſi non ſunt. Obſerv. LXXII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Elixir Proprietatis nitratum.

Dr. Lic. Benjamin Scharffius Elixir affuſo ſolo lixivio ⦶. è ſale ejuſdem calcinato para-

paratum, tam in febribus continuis quam intermittentibus iisque & benignis & malignis optimo ſemper cum ſucceſſu exhibuit, imo in deliriis, vigiliis, morbis præcordialibus, ſiti, renum ac veſicæ moleſtiis urinæ difficultate, ſtranguria & urinæ retentione, pleuritide vera & notha, hypochondriorum affectibus, nauſea, vomitu, aliisque corporis humani accidentibus ingratis egregiam contuliſſe operam ad gr. 20. 30. 40. exhibitum plus vice ſimplici eſt expertus. Obſ. LXXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Anaſarcæ poſt quartanam curatio.

Lic. Benjamin Scharffius hanc per uſum ſequentium brevi temporis ſpacio ſuſtulit; initium fecit ab hydragogis & ſeq. ordinavit decoctum:

℞. rad. cichor. ir. noſtr. fænic.
cort. med. ſamb. ebuli ana ℥j.
ſem. cartham. ℥iß. cinamom. acut. ʒii.
ſalis tart. ℈ii. conc. cont. miſc. & coq. in aq. comm. ℔ij. ad conſumpt. partis dimidiæ col. add. ſyr. cichor. c. rh. ℥ii.
d. ad fictile.

S. abführender Tranck auf 4mal.

Hinc addidit pulverem m. & v. ad ℈i. exhibendum.

℞. ſal. ononid. ſuccin. fix. ♁. fixi. arcan.

arcan. duplic. ana ℥i.d. resolvirendes salz.
Potui indendam dedit Tincturam sequentem
℞. Tinct. bellid. infusione ex flor. bellid. in rore maial. & pauxillo spir. vitrioli infusis parat. ℥i. sal. absinth. ʒi. m. & facta effervescentia d. s. Tinctur ins Trincken, in jedes Nößel 30 Tropffen.
Hisce solis D. B. omnis tumor relaxatis per alvum & urinam viis abiit & integræ valetudini restitutus juvenis.
Eundem felicem successum horum medicamentorum in virgine post febrem tertianam anasarca correpta, ut & in pluribus aliis utriusque sexus hominibus expertus est. Obs. LXXXIV.
* Eph. Dec. 3. An. 2.

Asthma convulsivum.

Dr. Schwallerus in virgine huic affectui graviter infestanti sic occurrit:
℞. aq. chærefol. hyssop. ana ℥iß.
asthmat. ʒvi.
♎. salis armon. liq. cc. succin. ana ℈i.
syr. d. erysim. ℥i. m. usus per cochlear. præprimis adveniente paroxismo.
Potus erat ab initio decoct. pectorale ordinar. victus vero tenuis ex hordeat. & jusc. pulli junior. parat. juxta pulv. aperit. incident. absorbent. bis de die exhibito per mensem circiter continuato. Obs. XCVIII.
* Eph. Dec. 3. An. 2.

Hydrops imminens.

In eadem virgine cum pedes & abdomen indies intumescere inciperent cum siti, appetitu prostrato urinaque pauca & cruda, & sic hydrops immineret, primo hydragogum exhibuit, à quo multum seri lymphæque crassæ evacuatum.

℞. sal tartari gr. xx. m. ac. v.

in mixtura appropriata aq. raphan. saxifr. pulv. milleped. lumbr. terr. cum syr. è 5 radicibus aperitivis. Porro pro potu ordinatum vinum generosissimum, in quo nodulus chalybis cum 🜂. & ☉. præpar. suspensus erat. Ex quibus cum nil sensisset levaminis ordinatæ pil. c. hydrop. Bontii continuand. per viij. dies, non neglectis interim Trag. stomachicis ex absorb. aperitiv. & confortantibus paratis, quibus usurpatis copiose mingere, venter detumescere, menses fluere & ingentem præprimis crassæ viscidæque lymphæ copiam per alvum excernere cœpit. Jussa tamen per æstatem jus-cula herbis cichor. plantag. fumar. aristoloch. rot. & similibus alterata haurire, non neglectis chalybeatis, à quibus observata bona diæta optimum levamen sensit. Obs. eadem.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Phthisis consummata.

Dr. Manitius ægro vina anxie petenti vinum Canariense cochleatim, quandoque su-

men-

mendum permisit, cum solamine. Omnium autem copiosissime tincturam seq. ei indulsit.

℞. vin. Canar. opt. ℔j.
bals. peruv. opt. ℥vj. bals. de copaib. ver. ℥i.
sacch. canar. q.s. ad liquorum horum absorbitionem, hæc misc. cum laud. op. gr. v.

Hunc sæpius cochleatim propinavit per menses duos. Interea æger appetit cibos, remittunt sudores, redeunt vires. Pulvis vero seq. vespertino tempore hora una vel altera post cœnam exhibitus ad ʒß. ℈ij.

℞. Trifol. fibr. ℥j. n. m. ℥ß. rad. zedoar. myrrh. lap. 69. (vel quandoque cryst all. montan.)
ana ʒiß. bals. peruv. sacch. subact. ℈ii.
laud. op. auth. ℈ß. m. exactissime.

Eum effectum inde deprehendit, quem ne somniasset quidem. Indies enim D.B. ad se magis magisque rediit, vires auctæ, accessit somnus liberior, & redditus incolumis. Multum autem vini Canariensis balsamici, non opiati, ceu confortantis, consumpsit. Obs. CXXIX.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Tinnitus aurium diuturnus curatus.

Dr. Manitius Tinct. succini cum spir. formicar. sassafrato paratam horis matutinis in vehiculo calido propinavit. Vesper-

tino tempore ſequentem pulverem aſſumendum ſuaſit.

℞. ſuccin. ppt. cinnab. nat. Hung. in granis. lap. 69. ana ℈j. ⊖. vol. ſuccin. cc. ana gr. vj. laud. op. gr. j. m. divid. in 2 doſes.

Interea externe ſeq. aquam cum bombace applicat.

℞. aq. apoplect. ſpirituoſæ.
olei amygd. amar. ana ʒj.
ſtill. aniſ. carui ana gt. v.
Tinct. moſch. caſtor. ana gt. viij.

Atque ex continuato horum medicamentorum, pulverum vero potiſſimnm (quos ſæpius ſolos feliciſſime in hoc affectu dedit) uſu ita, ut quandoque pilulas mercuriales (ex extr. panchim. Cr. cum mercurio dulci & cinnab. nat.) ad gr. v. interſpergeret; menſis unius ſpacio notabilem vidit effectum, quem poſtea omnimoda ſanitas ſecuta. Et hac methodo plures poſtero tempore ab eodem chronico malo D. B. reſtituit, comperitque illum pulverem præmiſſo univerſali ſæpe ſolum ſtare promiſſis. Obſ. CXXX.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Cura in Porrigine faciei, Schuppen, ſola ſarſa & amaris facta.

Dr. Mauritius primo ſanguinem correxit vino medicato, poſtmodum quotidie propinavit decoctum ſarſaparillæ ſimpliciſſimum

ſimum, & revera feliciſſimo cum effectu, addidit tamen eſſentiam ſtomachalem ex radice zedoar. pimpinell. herb. trifol. fibr. cent. min. fumar. flav. cort. citri. n. m. ad cochl. j. vel eius loco conſimilem pulverem ſtomachicum veſpertino tempore ad ʒß. vel ℈ij. non inſperato cum ſolamine. Pauco enim tempore peracto ex decocto ſarſæ porriginoſæ maculæ è facie receſſerunt, & tertio curationis menſe cruor menſtruus, qui defecerat, abundanter exſtillavit. confer Obſerv. CXXXI.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Methodus exhibendi mercurium vivum in affectu iliaco.

Dr. Theodorus Zwingerus ita proceſſit: videns nullum aliud ſupereſſe remedium dimidiam mercurii vivi optime purgati libram cum ſemiuncia aquæ cinnamomi bugloſſatæ & aliquot unciis ſyrupi violarum propinavit. Unde ſtomachus non ſaltem mercurium pondere ſuo gravantem, motumque fibrarum inverſum corrigentem retinuit, ſed & poſt liminio nil amplius revomuit. Dolores quoque magnopere mitigavit, ſed in corpore ſubſtitit, ordinavit itaque alvum obſtructam reſerantia, intus vero lenientia, extus clyſmata varia. Tandem ſub finem quarti poſt hauſtum mercurium diei clyſter injectus ſcybala quædam

maxime dura secum duxit, quod bonum dedit prognosticon. Cum postridie ceu quinta die alvus nondum perfecte reseraretur, ægerque jam salivare inciperet, infusi fol. senn. & rhab. cum corrigentibus & antispasmodicis mediante aqua parati bonum haustum exhibuit, à quo remedio post meridiem demum alvus laxari cæpit, & vicibus aliquot ultra 5 uncias hydrargiri rejecit, & sensim reliquum per vices plures eliminatum est. Sic æger omnibus cruciatibus solutus in vivis permansit. Sequentibus hinc diebus aliquot, & propinato lignorum atque plantarum sale volatili balsamico præditarum decocto m. & v. sudorem prolexit sicque evitata omnis mercurii noxa juvenem ad sua munia remisit, qui ab hoc tempore sanus vixit. Obs. CVII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Febris tertiana spuria convulsiva.

Prævia materiæ peccantis expurgatione ad febris sublationem seq. ordinatum.

℞. salis card. ben. cent. min. absinth.
cort. rad. chin. chin. ana ℈ß. m. f. pulv. una vice in brodio carnis vel aq. cent. minor. sub tempus paroxismi sumendus & aliquoties repetendus.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Ad

Ad ſtomachi debilitatem corrigendam.

℞. conſ. menth. elect. diacydon. ſ. ana ℥j. n. m. cond. zingib. in ind. cond. cort. aur. cond. ana ʒj. Ther. Androm. philon. Rom. ana ʒj. ſyr. cydon. ℥ß. m. f. electuar. ſucceſſive uſurpandum.

℞. Empl. de cruſt. pan. ℥ß. de tacamah. ʒii. m. & malax. cum ol. menth. extend. ſuper aluta. fiat l. Empl. ventriculi regioni imponendum.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Ad anxietatem circa præcordia.

℞. Ther. cœl. gr. iij. f. pil. no. iij. una vice deglutiendæ.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Ad convulſiones epilepticas ſedandas.

℞. aq. confort. offic. perl. ceraſ. n. ana ℥iß. epilept. l. hirund. c. caſtor. flor. tiliæ. pœon. ana ℥ß. Cinnam. ʒij. Pulv. March. Cinnab. nat. granulat. à ℈j. Man. xt. perlat. ʒij. f. mixtura cochleatim ſumenda, item

℞. aq. conſ. offic. perl. ceraſ. n. fl. til. pœon. ana ʒvj. epilept. Lang. ℥ß. cinnam. bugloſſ. ʒij.

pulv. march. ℈j. margar. ppt. ℈ß.

conf. Alk. inc. ʒß. lap. bez. or. gr. iv.
syr. fl. pœon. ʒij. jul. rof. ℥ß. f. mixt.
Aqua odorifera seq. naribus applicanda.
℞. aq. rof. fragrantiss. odorif. Fuchs. ana ʒvj. cinnam.
spir. cephal. Anhalt. compl. ana ʒij.
m. d. ad vitrum. Ad revulsionem injectus clyster.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Ad capitis dolorem compescendum.

℞. Empl. hypnot. Myns. ℥j. quod super aluta extensum fronti ac temporibus applicetur.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Ad asthma profligandum.

℞. Sperm. cet. rec. oc. 69. ppr. ana ℈ij.
syr. de hyssop. ʒij. aq. hyssop. ceras. n. ana ℥j.
m. f. potiuncula una vice haurienda.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Ad hypochondriorum dolorem mitigandum.

℞. Tripher. Magn. ℈ij. Ther. cœl. gr. iij.
extr. laud. op. paracelf. incompl. gr. iß.
macis. croc. or. ana ℈ß. aq. fl. chamomill. ℥j.
m. f. potiuncula una vice sumenda. item
℞. ol. amygd. d. ℥iß. mann. calabr. el. ʒvj.
syr.

fyr. d. cich. c. Rh. ℥ß. ſperm. cet. rec. ℈j.
aq. ceraſ. n. qs. ad potiunculam una vice
ſumendam.

Oleis ſeq. hypochondriorum regio calide inungatur.

℞. Olei chamom. lumbr. aneth. ana ℥ß.
M. item.

℞. fol. ſenn. el. ſ. ſt. ʒiij.
Rhab. ver. crem. ♀r. ana ʒß.
aq. ceraſ. n. ℥iv.

m. f. lenis ebullitio in colatur. diſſolv. mann. calabr. el. ℥iß. m. f. potio. Hæc Gockelius. Obſ. CXLII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

In Maxilla inferiori motûs impotentia.

Hæc tanta erat, ut eam ab inviam deducere, neque ſolidiora deglutire valeret. D. Screta ſuaſit mixturam antiſpaſmodicam ex cinnab. ♁n. ſuccin alb. ppt. ung. alc. ⊖. vol. ſuccin. aq. flor. til. ſatureiæ cochleatim ſumendam, externe articulus maxillarum in utroque latere oleo è flor. slot. lumbric. terr. & ♎. lumbric. &c. inungebatur, deglutitio indies difficilior evaſit. Totam igitur ſpinam dorſi à nucha ad os ſacrum uſque, panno aſpero fricare & poſtea inungi curavit mixtura ex oleis laurin. lumbric. slotan. euphorb. caſtor. &c. collo faſciculo ex filis crudis in lixivio coctis circumpoſito. Obſ. CXLIX.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Motus convulſivi mirabiles.

Paroxiſmi tempore columbæ vivæ diſſectæ occipiti applicatæ, moleſque verſus Thoracem aſcendens faſciis repreſſa, quo haud exigue alleviabatur, paroxiſmis non tanta vehementia & multitudine recurrentibus. Extra paroxiſmum caſtoreo maritatum vomitorium, in pede v. ſ. adminiſtrata, veſicatoria nuchæ applicata. Intus quotidie exhibitus liq. cc. ſuccinat. in aq. ceraſor. n. ut & pulv. ex corall. r. ppt. cran. hum. phil. ppt. ung. alc. rad. pœon. ſuccin. ppt. cinnab. nat. quibus per aliquot ſeptimanas uſurpatis ab horrendis paroxiſmis pededentim liberatus juvenis perfectè D. B. convaluit. Obſ. CLII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Mammarum tumor exulceratus fere cancroſus curatus.

Mamma fere nigricante & pus tenue cineritium mali odoris effundente ulceribus balſ. 🜍. tereb. atque Empl. diaſulphuris Rul. fuit impoſitum. Interne præſcripta potio laxans, ut & Decoctum ex l. Guajac. ſaſſafr. rad. chin. ſarſap. antimon. crud. & ſimilibus paratum. Sed pus tenue diverſis in locis magna effluxit copia intenſiſſimis junctis doloribus, unde Pulvis ex lytharg. mirrh. r. fl. 🜍r. ſarcocoll. camph. ſacch.

ſacch. ſaturn. troch. alb. Rhaſ. in aq. calc. viv. vel vino coctus pro fomentatione impoſitus, à quibus diligenter continuatis pus laudabile generari, dolor evaneſcere atque ulcera cicatricem obducere cœperunt. Obſ. CLVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Hæmorrhagia Narium.

Varia tentata, epithemata refrigerantia, turundæ adſtringentes, ſympathetica etiam vitriolacea, ſed irrito ſucceſſu, donec tandem effuſo ultra 2. menſuras ſanguine, de bona ejus parte in cacabo frixa & in pulverem redacta naribus aliquid attraheretur, à quo fluxus omnis illico ita ſubſtitit, ut ne gutta ſequeretur. Obſ. CXLVII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

In febri maligna ob deliria nocturna metus phrenitidis.

Dr. David Spleiſſius pulveres diaphoreticos camphoratos bis interdiu ſumendos cum mixtura antifebrili ſingulis binis horis quantitate duorum cochlearium uſurpanda, & ſeq. hypnoticum veſperi ad ſommum compeſſendum præſcripſit.

℞. Aq. nymphææ lactuc. ana ℥ij.
plantag. ℥j.
opii ℈ß. camph. gr. v. M. ad vitrum.
S. Waſſer

S. Wasser zum Ueberschlag um die Stirn und Schläffe.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Dolores hæmorrhoidum intolerabiles brevi curati.

Vir excellentissimus dolore intolerabili intestini recti ex hæmorrhoidibus cruciabatur, varia adhibita parum fuerunt proficua, tandem cum Decocto malvæ ℔i. ol. popul. Augustan. ad ℥v. in clysteris forma applicaretur, ab hoc solo remedio levamen, & tandem etiam exulceratarum hæmorrhoidum sanationem recepit. Loco olei populei ung. populeum præstaret. Revelatio hujus, & in sequenti observatione memorati medicamenti multum constitit. Obs. CXCVII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Exuviæ Anguillæ urinæ suppressionem curantes.

Matrona ex calculo in suppressionem urinæ triduanam incidente interne oleum, spiritus, pulveres, externe Balnea & cataplasmata, sed sine fructu adhibita, tandem suasu mulieris cutis anguillæ integra in frustula discissa, & in tigillo ferreo alio tecto super prunas exsiccata, in pulv. redacta, totus simul cum vino hispanico haustus

post

post sex horas profluvium urinæ ingens, succedentibus postea multis calculis, procuravit. Obs. CXCVI.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Cura Virginis à terrore Epilepticæ.

Sequentibus est facta:

℞. gumm. ammoniac. sagapen. opopanac. aloes. à ʒß. extr. alhand. diagrid. à gr. xv. m. f. pil. è ℈j. no. x. de quibus decem sumebat singulis diebus.

Erat enim alvus difficilis.

Vesperi hora 4. sumebat gt. 50. de Elixir. uterino Timæi cum vino. His brevi convaluit redeuntibus mensibus.

Alia melancholica 1. vomitorio ex Asaro, 2. laxativo. 3. venæ sectione ter repetitâ luculento cum auxilio. 4. vino chalybeato cum herbis alterantibus est curata. Obs. CXCVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Cura fascinationum.

Dr. Albrecht pulverem ex antirrhin. hyperic. bacc. herb. parid. &c. pro fumo excitando suppeditavit. Ex cujus usu duo scriniarii filii intra horulæ spacium feliciter convaluerunt.

Alias salutarem Balnei efficaciam non semel est expertus, quod ex ononid. spinosa, hype-

hyperico, & radice ſyderit. grumoſæ cum aqua ſimplici componitur. Quo civis cuiusdam filiola ter vel quater immerſa celeriter priſtinam recuperavit ſanitatem, licet horrendis eſſet convulſionibus & ſubita atrophia correpta. Obſ. CCIV.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Cura paralyſis ſcorbuticæ vagæ.

Dr. Mauritius Hofmannus decoctum ex nervinis & antiſcorbuticis concinnatum mane quotidie epotandum curavit, quod etiam quæſitam exſeruit efficaciam, cum v. ſ. parca manu adminiſtrata præmiſſa fuiſſet. Decocti formula hæc extitit:

℞. raſ. l. guaj. ℥j. ſaſſafr.
rad. ſarſap. chin. ir. flor. enul. ſcorzoner. ana ℥ß.
bacc. juniper. ʒij.
ſem. cochlear. naſturt. fænic. ana ℈ij.

inciſ. & contuſ. infund. per noctem in aq. ℔iv. ſupra cineres calidos, mane coq. vaſe clauſo ad dimidias addendo in fine decoctionis H. chamæpit. betonic. flor. paralyſ. lavend. ana p. ij. cinnamom. ℈iv. colaturæ clarificatæ admiſce ſyrupum fl. pœon. ℥iß. fl. paralyſ. ʒvj. ♒. cochlear. mixt. ſ. ana ℥j. m. d. ad uſum.

Porro præ aliis profuit liq. cc. ſuccinat. c. ſpir. cochlear. & caſtor. iunctus, nec minus in

in auxilium cesserunt pulveres absorbentes & cinnabarini ante decubitum exhibiti.

Balneum ex beccabung. nasturt. chamæpit. salv. fl. chamom. samb. turion. abietis æger renuit, cataplasma tamen modo manibus modo pedibus extremis admotum ex furfur. abs. nasturt. flor. chamom. cum lacte calido paratum proficuum sensit, atque cura ita continuata D. B. convaluit. Obs. CCVII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Curatio phthiseos hæreditariæ.

Hæmoptoe curata v. s., asperitas & tussicula 69. ppt. & spermate ceti sedata. Contra febrem & aliquot noctium agrypniam pulveres insipidi absorbentes & pilulæ semel atque iterum neque amplius, usurpatæ.

ex bals. peruv. extr. zedoar. c.
succ.glycirrhiz. qs.& opii cydoniat.gr ß.

Pro potu ordinario emulsio ex amygd.sem. frig. maj. & ex sem. papav. alb. inprimis.

Externe vinum generosum Rhenanum largius adhibitum, quo tempora, facies, manus, carpi sæpius humectati non sine insigni fructu.

Cremor lactis cum tantillo vini Hispanici conquassatus indultus. Lac caprillum per vices cum emulsione pro potu administratum.

Aqua

Aqua turionum abietis, ſic cohobata tamen, ut cum tantillo vini prius turiones ſint macerati, affatim c. ſyr. papav. err. & violar. ſubinde hauſta. Si alvus non obſequebatur, clyſter erat ſubſidio, ætas erat iuvenilis, liber à curis animus, conclave commodum, (quod betularum & fruticum fragrantia temperabatur) diætæ accurata obſervatio. Obſ. CLXXXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 2.

Dolores Nephritici.

D. Valentini ſequentia præſcripſit.

℞. aq. ononid. ſaxifr. ana ℥iß.
troch. alkek. ʒi. oc. 69. ʒß.
laud. op. incompl. gr. iij.
ſyr. dialth. Fernel. ʒvj. m. d. ſ.

Stillende Mixtur offt ein paar Löffel voll zu nehmen. Addidit linimentum ſpinæ dorſi illinendum.

℞. ung. dialth. ℥ß. ol. ſcorp. ʒii. m. f. linim. Obſ. LXXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Cura Pædarthrocacis ſeu abſceſſus pueris proprii.

Therapeia, annuente Summo à D. Ægidio Euthio trium menſium ſpacio feliciter abſoluta, plus vice ſimplici, ni altas affectus egerit radices.

1. De

1. Decocto in cerevisia tenui ceu potu ordinario ex rad. chin. ponderos. non carios. sarsap. ana part. æq. cum tantillo l. guaiac. sassafr. nephrit. sem. anis. rad. liquir. rhab. sel. passul. maj. exacinat. ad gr.

2. Tinct. antimon. cum spir. lignor. ppt. in vehiculo appropriato bis vel ter in die.

3. Pulvis absorbens alternis diebus unum vel alterum præbium, cui tantum addidit pulver. rad. contraierv.

4. Parti affectæ applicata fomenta & paregorica & specifica, dolorem atque acrimoniam obtundentia, mitigantia.

5. Per epicrasin spir. lumb. terr. theriac. camph. metasyncrit.

Sic ad prodigium usque non posthabito exacto victus regimine sanitas rediit inculpata sine recidiva ulla. Obs. LXXXIV.

* **Eph. Dec. 3. An. 3.**

Convulsio circumrotatoria.

Dr. Dürrius seq. remediis curam tentavit & per mensis spacium diligenter continuatis feliciter absolvit, ægra in integrum restituta.

℞. extr. guajac. ℈ii. diapœon. Mindereri ℈j. salis succ. vol. cc. vol. ana gr. xxv.
c. opobals. or. m. f. pil. no. LX. deaur.
D. ad scatul. s. Pillen, davon Morgens und Abends 5 zu nehmen.

℞. aq. panac. heracl. hirund. c. caſt. ana ℥ii.
Tinct. bez. ſpir. ſal. armon. ſuccinat. à ℥i.

M. ſ. Haupt- und Mutter-Wäſſerlein, davon im Tag ein- oder zweymahl 1. Löffelvoll zu nehmen. Obſ. LXXXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Cacochymia deſperata.

Spiritus ſalis armoniaci crocati efficaciam non ſatis laudabilem expertus Dürrius cum D. Brünner & D. Thoma in quodam religioſo, qui propter ſtagnationem ſanguinis & lymphæ morbum chronicum cacochymicum morti proximus viſus à ſumptione huius bis in die ad guttas quindecim ad ſe rediit & intra paucos dies ſanus evaſit.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Strangulatio uterina cum effreni cardialgia, pleuritide flatulenta, variiſque ſymptomatibus.

Dr. Samuel Anhornius ab Hartwiſs pedibus (quod primum ad hyſtericam vocato illi eſt curæ) calido operimento contectis, ventriculo calefacta avena munito, clyſmate ex decocto ſpec. carminant. cum ol. lini, & ovi vitello iniecto intus cochleatim exhibuit mixturam uſitatam:

℞. aq. meliſſ. chamomill. ana ℥ii.

Eſſ.

Eſſ. antihyſteric. ʒi. ther. cœl. gr. jv. ſyr. cort. aurant. ℥ß. M.

Et pro potu non aliud conceſſit ac decoctum ex flor. chamomillæ. Ceſſavit hinc ferocior ſpaſmus, & dum natæ ex levicula anſa crebriores recidivæ præcaveri non poſſent, concitato vomitu cum ♂. diaph. ℈j. ☿ emetic. gr. ii. ſalis abſ. gr. iij. & caſtor. gr. 1. multæ ſaburræ viſcido bilioſæ copia per utramque viam reiecta mali fomes penitus ſublatus eſt. Jam ut ſanguini & generi nervino conveniens adderetur robur, & quod reſiduum fermenti hyſterici lateret, expugnaretur, præmiſſa ſanguinis detractione commendatus eſt pulvis ex bez. mart. oc. 69. cinnab. nat. & caſtor. per aliquot ſeptimanas ex aqua meliſſæ hauriendus. Sic rediit vividus corpori color & priſtinus vigor, ſed quia ſæpius factæ ſunt recidivæ, tanto pertinacius antiſpaſmodicorum & cinnabarinorum uſui inſtitit. Ventri galbanetum impoſitum.

Habitualis hic viſus generi nervoſo impreſſus character ut ſpecificis expungeretur pilulæ ex pulv. march. cinn. ♂nii extr. pœon. & trifol. fibr. m. & v. adhibitæ ſunt. Paroxiſmi ſpiritu ſalis armon. externe admoto depulſi ſunt.

Pro potu ordinario non niſi ex viſco quercino & cc. Decoctum conceſſum fuit. Alias

 potui

potui additæ ſunt aquæ ſpecificæ ex fl. til. pœon. & hirund. c. caſtor.

Ex conſilio Dr. Wepferi bibit Thermas Fabarienſes. Noctu ex medio grano paregorici opiati aliquantum quievit. Acceſſit tuſſiendi conatus tam validus decem continuis horis, verbis non exprimendus. Antiepileptica Theriacæ cœleſti ſociata dum ſine fructu adhibebantur, in inſtanti horribile ſymptoma ſopitum eſt pilularum de cynogloſſa in aq. fl. til. ſolutarum granis vj. ſed vox perſtitit rauca & anheloſa reſpiratio. Aliquando furioſus hic pectoris, & faucium motus non repetita opii epilepticis ſociati ad gr. iiij. uſque exhibitione levatus aſſumpto circa decimam noctis ſemiſcrupulo pilul. de cynogloſſa ſenſim diminutus eſt. Tranquille noctem ſed ſine ſomno egit.

Dum verò antiſpaſtica præſtantiſſima ne quidquam efficerent, cort. peruviani ℨß. ex aqua fl. til. oblata, & hoc nihil horæ ſpacio efficiente alia doſis opii grano juncta, ex quo injectis quaſi frenis ſemihoræ tempore omnis impetus ceſſavit: Eodem bihorio poſt redeunte repetita antidoto rurſus diſparuit. Noctis hora decima miſeram adortus pilulis de Cynogloſſa debellatus omnino fuit.

Alio tempore ſpiritus arctè means, & tuſſis quandoque prodroma terruit; evanuerunt

runt prorſus parva conamina ch. china c. opio ex aq. flor. til. propinata.

Præcordiorum anxietas alio tempore in-tuſſiendi illum ſtimulum atrocem erupit, qui china chinæ opiata quantiſper mitigatus, ſera tandem veſpera pilulis aſſumptis pene-ſopitus eſt.

Tuſſiendi impetus multum deferbuit ab exhibito pulvere hepatis ranarum cum opii corr. gr. iß. & hac doſi bihorio poſt repetita omnino diſparuit ſolo ſpirandi labore re-licto.

Tandem cura lactis ex conſilio D. Wep-feri reſtituta eſt. Confer. Obſ. LXXXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Convulſiones Epilepticæ infantum.

Cum hoſce motus enormorticos criſi al-vina penitus conticuiſſe doceat experi-entia, D. Dürrius primarum viarum blandæ deterſioni accommodavit remedia. Auri ful-minantis gr. ij. cum totidem pulveris jalapp. granis in ſyr. viol. cochl. ß. m. & v. exhi-buit. Juſculis hordeatis crebrò propinatis & clyſmatibus ex lacte ol. chamomill. & terebinthinæ pauxillo injectis operationis ſucceſſum ſolicitavit, ventrem pro nervo-rum tenſione laxanda & medicamini tran-ſitum conciliando oleo lumbricorum vel alio nervino inunxit. Lympham & primarum viarum ſuccos fermento acido-acri & ela-

 ſtico

ſtico conſpurcatos mixturis antiepilepticis ex aq. flor. til. pœon. chamomill. pulv. epil. march. cc. ph. ppt. & cinnab. nativ. c. ſyr. epilept. ad gr. correxit, & quo ſpiritus miteſcerent Ther. cœl. gr. 1. ſingulis aquarum unciis addidit. Alvo ſic fluida facta, certiſſime convulſionum conticuit impetus, & infans blandis porro nervinis ſuſtentatus ſenſim convaluit.

Ubi ſpiritus efficaciores facti, præſentius expertus non eſt ſpirituum nimis efferatorum mulcimen, ac pil. de cynogloſſa gr. iij. in aq. fl. til. ℥ii. ſoluta & alvo prius laxata cochleatim propinata. Si alvus ſua ſponte reſpondeat, ſepoſito auri fulmin. uſu, clyſteribus ſolis audacter inſiſtendum, donec fæces porraceæ fætidæ, partes membranoſas aut ſuo ſtimulo vehementer laceſſentes optata eccriſi prodeant. In paroxiſmo naribus nonniſi Theriacam, caſtoreum, vel rutam admovet. Fumos non concedit niſi ex ſuccino accenſo. Veſicatoria, frictiones, cathartica, mellita, ſaccharata, item ſpiritus quoſcunque volatiles deteſtatur.

Præſervative ad motus irregulares ſpecificè inhibendos pulverem nervinum abſorbentem temperatum m. & v. in panatella ex pane ſimilagineo cum iure carnium ad pulmenti conſiſtentiam cocta exhibet.

℞. cc. phil. ʒii. unic. foſſ. matr. perlar. cinnab. nat. ana ʒi. ung. alc. ℈ij.

caſtor.

castor. gr. jv. moschi & ambr. ana gr. ij.
m. f. pulv.

Vertici imponit ceratum ex mastiche succino & tacamahaca in ol. mastich. & bals. de Peru solutis super alut. extensum & syndone rubra inductum.

Pauperibus felici plerumque successu m. & v. ad apicem cultri dare solet seq. pulverem:

℞. oc. 69. cc. ust. ppt. ana ℥ij.
pulv. rad. ialap. sem. anis. ana ℈i. m. f. p.

Pulmenta ex lacte & farina parata, acorem facile contrahentia & grumescentia non concedit.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Convulsio infantum seu spasmus gulæ.

Hic non raro infantibus fatalis esse solet. Continuo deglutire coguntur, & non raro partibus vicinis in consensum raptis spiritus intercipitur. Hic nihil eidem hactenus expertum est præsentius, ac oleum amygd. d. cum aq. meliss. ana p. æq. syr. viol. ad gr. cum spir. nitri dulc. aliquot guttulis cochleatim haustum. Nonnunquam Theriaca cœl. ubi malum fortius urget, cum successu additur. Nucha & collum cum ung. è flor. Slotan. inungantur. Alvus libera servetur, & ad imbibendum irritamenta pulvis vel suprascriptus vel marchionis cum pau-

pauxillo jalappæ mane & veſperi exhibendus.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Tuſſis ferina convulſiva infantum.

Hæc ab omnibus vel præſtantiſſimis ſyrupis & eclegmatibus manifeſte exaſperatur, ſed pulvere ſuperiori ſpaſmodico m. & v. atque mixtura ex aq. flor. til. pœon. pulv. march. & Ther. cœl. cum pauxillo ſyr. viol. cochleatim exhibita feliciſſime cedit, ut ſæpe in infantibus eſt expertum.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Dolor capitis periodicus cum convulſionibus.

Dr. Schelhammerus internè volatile liquidum cum cephalicis plantis deſtillatum propinavit, mox etiam ſpiritum diaſcordio cum eſſentia cephalica, quæ ipſi ex lil. convall. fl. cheir. & lavend. parata in uſu eſt familiari, ad ſudorem eliciendum dari iuſſit, dein ſpecies cephalicas externas circumponi ſiccas (nam humida non ferebat affectus) & caput eadem eſſentia irrorari, mox etiam fricari iuſſit, quo nonnihil remiſit morbus ſed non ceſſit. Addidit ung. ex nervino officinarum ol. lavend. anthoſ. thym. & balſ. apoplect. cum opio. Hic mitigatus dolor. Demum dolore per crura ad malleolos deſcendente eſſ. chin. chin. compoſit. qua alias febres

febres abigit, cum cephalica præbet, unde dolor magis remisit. Humorem peccantem mobilem redditum purgante eiecit. Transiit ergo quod eius restat, exiguum in pedis extremi digitum, unde balsamo Angl. & aqua Anhalt. expulsum, sicque æger convaluit. Obs. XC.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Paralysis lateris sinistri in filiolo septem annorum.

Materia morbifica occuparat truncum spinalis medullæ in latere sinistro, unde similiter brachii & pedis sinistri nervi fuerunt obstructi. D. Jæger Schmid ad obstructionem nervosarum partium tollendam, & visciditatem humorum incidendam & evacuandam seq. purgans adhibuit.

℞. extr. ceph. Myns. ℈ß.
mercur. dulc. gr. vj. scammon. corr. gr. ii. castor. gr. j. ol. succin. gt. j. m. f. pil. instar pisi minor. insperg. pulv. cinnam. d. ad scat.
S. Laxirpillen auf einmahl.

Cum has pilulas aliquoties per intervalla sumpsisset & sic ab infarctu primæ viæ liberatæ essent, decoctum sudoriferum propinavit.

℞. rasur. l. guaj. ℥ii. sassafr. ℥i. juniper. ℥iij.
rad. chin. ʒvj. sarsap. ℥i. bardan. ℥ii.
♁. crud. in pet. lig. ℥v.
sem. anis. fænic. ana ʒi.

herb. ſalv. beton. ana mij.
☿. crud. ℥iij. inciſ. & contuſ. d. ad ch.
ſ. Species zum Schwitztranck.

de quo mane hauſtum ſumpſit, ſudorem in lecto expectans.

Pro debilitatarum nervoſarum partium roboratione præſcripſit Tinct. ſuccini m. & v. in ſyr. fl. pœon. ſumendam.

Externe mixtura ex ▽. rectif. ol. phil. juniper. aq. hyſteric. c. caſt. pro ſpinæ dorſi inunctione adhibita. Tandem & inſeſſum ex ſulphure, calce viva & acervo formicarum paravit. Quibus omnibus per aliquot tempus uſurpatis ſucceſſive motus brachii atque pedis imo totius lateris rediit, ut vegetus & alacris quocunque voluit, potuerit obambulare. Obſ. CIV.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Morſus Canis rabidi.

Dr. Jæger Schmid ad duos demorſos vocatus ſtatim profundiſſimas ſcarificationes in loco affectu inſtituere, ac Theriacam cum allio contuſo & pulvere oc. 69. vulneri imponere juſſit, intus tinct. bez. pulv. Palmarii cum oc. 69. maritatum ad ſudores eliciendos adhibuit. Conſolidationes vulnerum de induſtria retardatæ fuerunt. Quibus rite obſervatis omnia ſymptomata in partu quaſi ſuffocata ſunt. Obſ. CV.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Eupho-

Euporiston dolores hæmorrhoidum sedans.

Facili negotio & vili pretio componitur ex gypsi polline cum butyro cancrino subacto, quo calefacto tumentes ani venæ leniter foventur, dolore confestim sic cessante. Expertum etiam in summis Viris. D. Dan. Nebelius Obs. CLXII.

* **Ephem. Dec. 3. An. 3.**

Calculus & Renum affectus.

In iis mira præstat tinctura tartari cum bals. copayv. maritata, sumendo prioris ℥iß. posterioris sensim ʒiij. instillando & postmodum digerendo. Dos. gt. viij. Item

℞. Terebinth. ven. ℔j. mellis virg. ℔ii. f. c. s. q. silic. calc. globuli. destilla lento igne, oleum destillatum denuo rectifica super silices calcinatos. Dos. gt. v. vj. in aq. quadam diuretica. Obs. CLXVII.

* **Eph. Dec. 3. An. 3.**

Pulvis Cordialis.

Hic pulvis laude sua non caret.

℞. sacch. albiss. ℥ß. solut. in s. q. aq. lavend. & rosmar. & denuo exiccat. add. ol. lavend. gt. vj. rorismar. gt. viij. succin. gt. v. cinnam. l. rhod. ana ℈ß. n. m. gt. v.

ambr.

ambr. gr. iv. zibeth. gr. v. moſch. gr. iij. balſ. apopl. gr. v. M.

* Ephem. Dec. 3. An. 3.

Mercurius cinnabarinus.

Egregium atque divinum plane medicamentum eſt ex inventione Dr. Joann. Georgii Volcameri. Omnes enim, quæ panaceæ Amwaldinæ ſuperiori ſeculo famoſæ adſcribebantur vires habet ac ſuperat, in deſperatiſſimis caſibus præſentaneam opem atque auxilium offerens. CXCI.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Methodus diætæ lacteæ.

Primo laxativum à D. Luca Schræckio ex diagrid. ſulph. & ſpecifico ſtomachico Poter. commendatum exhibitum eſt, quo impuræ ſordes cum euphoria exturbatæ ſunt: exterſis ſic depravatis primarum viarum ſuccis cura lactis inchoata. Lac vaccinum veſperi ſuper ignem calefactum, repoſitum per noctem in loco frigido, mane detracto cremore, in aqua fervente tepefactum ſyr. violarum, quo minus grumeſceret, dulcificatum & ſexta matutina potatum eſt à ℔j. ad ij. pomeridiana tertia, lactis itidem libra una modo cum herb. veronic. mß. modo cum pulvere caffé cocta, calide hauſta. Et ſic accurato cum regimine per plures

plures ſeptimanas perrectum eſt. Lac quidem ab initio inter obambulandum continuo gurgite potatum eſt. Hoc modo fæmina Cataleptica nullis aliis diu continuatis adjura feliciter curata eſt. Obſ. LXXXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Dolor Brachii exquiſitiſſimus.

Ex ordinatione D. Joan. Mauricii Hoffmanni poſt continuatum antiſcorbuticorum attemperantium & diluentium, & interpolatum abſorbentium Cinnabarinorum uſum ab admoto pulvere rad. & trifol. fibrin. atque abſinth. & tantillo croci cum vitell. ovor. recentibus in cataplaſmatis formam redactis & inter duo lintea interceptis levamen ſecutum. Alias bis terve ſimilem dolorem per materiæ peccantis metaſtaſin in manus arthritidem transiiſſe, tumoremque inſignem excitaſſe notavit, quando illius mitigationi, hujus vero per inſenſilem tranſpirationem diſcuſſioni ſeq. epithema apprime opem tuliſſe expertus eſt.

℞. aq. ſamb. vermicularis (utriuſque repetitis cohobiis deſtillatæ) ana ℥iij.
chamomill. ℥iß.
tinct. balſamic. Nollenbrocc. ℥iij.
ſpir. theriacal. camph. ℥iß. M. Obſ. CLVII.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Febris

Febris Hectica ex incendio Hepatis.

Dr. Dan. Crügerus sequentia ordinavit, cum patiens medicamenta aversaretur.

℞. passular. zibebar. ana ℥ij. prunellorum Brigniolensium n. v. coq. in aq. comm. qs. colat. ℔j.

Residuum contund. in mortar. affund. colat. & exprime, tamdiu autem coq. ut passulæ & zibebæ intumescant.

Sennertus in institut. l. 4 part. 1. c. 3. & Riverius c. de hectica passulas singulariter laudat. & in cent. 4. obs. 37. puerum iis ab hydrope liberavit. Huic decocto singulares suppetias præbuit sequens Emulsio.

℞. Hord. & passul. ana mj. coq. in aq. ut passul. intumescant. Hujus col. ℞. ℔ij. amygd. dulc. exc. ℥ij. f. l. a emuls.

Regimen autem tale fuit. Mane hora sexta hausit ℥vj. decocti passularum. Hora 8. comedit lac amygd. cum pane triticeo, quantum placet initio tantum ℥j. panis sumpsit propter virtutem debilem, progressu temporis ℥ij. Hora 10 decoctum passularum, hora 12 lac illud amygd. d. cum pane triticeo, hora 4. decoct. passul. hora 6. vespertina iterum lac amygd. d. cum pane triticeo.

Hac ratione per 4 septimanas continuavit, & sic sensim febris hectica remisit, tumor, dolor, & calor hepatis evanuerunt, & non amplius

amplius de putredine hepatis ſuſpicio erat, quam alias febris hectica ominabatur. Obſerv. CL.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Elixir ſtomachicum in Dyſenteria uſurpandum.

Vſurpata rad. ipecacuanha, & finito remediorum uſu m. & v. per 2 ſeptimanas ſumatur huius cochlearis quantitas vel per ſe, vel cum quadruplo aquæ mixti.

℞. lign. ſant. r. l. aloës ana ℥ij. cinnam. ℥ij. cardamom. min. galang. caryophyll. zedor. à ʒj. ſem aniſ. fœnic. gr. kerm. à ʒij. glycirrh. ℥ij. terr. catech. xtall. min. à ℥j. uv. Damaſcen. ℥iv dactyl. palm. n. x. vel xij conc. contuſ. affund. ſemipinta ſpir. vin. in quo prius diſſolutus xtall. mineral. macerentur per n. ſequenti die rurſus duæ pintæ ſpir. vini ſuperfundantur. Ita infuſa ſtent in frigido per quatriduum, vitro quinquies quotidies agitato, inde filtrabitur, & in eo ſolvatur ℔j. ſacchari opt. & add. ſuccus ex 2. malis citreis expreſſus, ita erit Elixir confectum.

Uſus ejus eſt confortare cerebrum & partes nobiles omnes diſſipatione ſpirituum debilitatas, corroborare ſtomachum, cruditates corrigere & omne ventoſum flatulentumque

que huic malo solenne dissipare. In append. de antidysenterico Americano p. 17.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Malpichii notabilis de hydrope sententia.

Hæc videri potest in ejus Tr. de Omento operum part. 2. p. 232. qua stante probabile existit in hydrope juvare posse cum primis fortiter adstringentia, postquam per hydragoga ocyus aqua fuit exturbata, clysteribus alvo reclusa. Rosin. Lentil. in parallalism. ad Obs. III. in append. p. 52.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Radix Valerianæ antiepileptica.

Rosin. Lentilius in parall. ad obs. XLII. in append. p. 86. testatur radicis Valerianæ pollinem in adultorum, cumprimis pauperum epilepsia intus per tempus bene longum exhibitum proficuum fuisse, cujus præcipue vim perspectam habuit in mulieribus à mensium retentione convulsis, atque adeo in sympathica uterina Epilepsia.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Aqua mercurialis ad guttam rosaceam.

Dr. Lentilius ejus usum haud semel in similibus casibus proficuum reperit.

Lava-

Lavatur facies tribus & quidem alternis matutinis tantum frigide, nec abſtergitur, quin prorſus ſicceſcat; inflammatur illa primo & intumeſcit, puſtulis ſimul ſe latius diffundentibus, ſic ut ſit multo fædior aſpectus. Poſt triduum diſparentibus ſenſim guttis facies detumeſcit, illarum nullo veſtigio relicto. Parare autem ſolet aquam mercurialem ea methodo, quam deſcribit Alexius Pedemontanus de ſecret. l. 1. p. m. 58.

℞. aq. plantag. pocul. 2. roſ. poc. j. naph. poc. ß.
mercur. ſublimat. pulv. ℥j. M. coq. lento igne per horæ quadrantem, hinc remota & refrigerata ſerv. uſui.

Ejusdem quoque aquæ mentionem facit Theſaurus practicus Rulandinus obſervationibus Spindlerianis à Raygero adfixus. In Parall. ad Obſ. LVI. p. 87.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Tinctura Traumatica D. Euthii.

℞. flor. roſ. ſicc. hyperic. ana ℥ß.
rad. tormentill. rhab. opt.
n. m. ponderoſ. ana ʒij.
myrrh. r. el. mum. Ægyptiac. ſang. dr. ana ʒiß.
terr. japon. ſelectiſſ. ʒiij.

Conc. contuſ. irrigentur ſpir. vin. ritè ♀riſat. ad eminent. ſpithamæ, ſtent in leni digeſtione per dies noctesque aliquot, ſaturata

Tinctura colligatur. Novus spiritus ♀satus affundatur, denique modica exhalatione facta serv. ad usum. In vehiculo congruo guttatim adhibetur. In appendice.

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Traumatica elegantia in vulneribus & ulceribus intestinorum.

Rosin. Lentilius in abscessione valvularum conniventium membranosarum intestini coli seq. dedit consilium. Primo consultum foret omnia intestina eluere & ab acri sero & pituita methodo Sydenhamiana in cholera morbo ipsi usitata liberare, decocto pulli tum per os hausto tum per clysteres iniecto.

Ad acrimoniam seri tollendam seq. pollinis ℨß. decima ante meridiem, tertia pomeridie hora ex hordei cremore sumatur.

℞. ras. ebor. subtiliss. unic. foss.
terr. catechu ana ℨj. diaphor. martial. ℨii
resinæ nostr. animalis ℈iv. sacch. penid. ℨß
mumiæ veræ ℈ij. M. post sumptum
pulverem.

Hordeati cremoris cyathus calide sorbeatur. Ad glutinandos intestini coli parietes gelatinæ rad. symphyti cum plantag. aqua extractæ cochl. 1. cum sacch. penid. cochl. ß. ex lactis bubuli calentis, cinnamomo parum conditi quartario mane hora septima per

per tempus bene longum hauriatur. Noctu cum itur cubitum denuo sumatur dimidius lactis bubuli calentis cum saccharo penidio instillatis essentiæ vulnerariæ authoris 25. guttis quartarius. Alternis vespertinis clysma seq. applicetur.

℞. rad. symphyt. maj. ℥j.
fol. sanic. miß. fl. hyperic. mj.
sem. cydon. ʒiij. coq. in s. q. lactis bubuli colat. ℥ix. add. tereb. ven. in ov. vitell. sol. ℥ß.
mell. rosat. vel syr. de symphyt. Fern. ℥i.
bals. 🜂. tereb. ʒß. M.

Clysteres eiusmodi iugi usu hic multum valebunt, cum usque ad valvulam coli, adeoque ad locum affectum pertingant. Retineatur autem diu, & fiat in latus affectum immobilis, quantum possibile, decubitus.

Possent etiam loco gelatinæ symphyti, succi ex herbis recentibus traumaticis cum lacte vaccino calefacto penidiato sumi v. g. ex hed. terr. sanic. pyrola, fumar. plantag. maj. trifol. fibr. quarum herbarum recentium æquæ portiones concisæ prælo sine igne exprimantur, succo per solam subsidentiam depurato.

Cum denique apud insuetos lac alvum difficilem reddere soleat, & flatus excitare, his tamen averruncandis cinnamomum, illis autem clysteres inservient, quæ ni sufficiant, flatibus admista fæniculo Sinico, obstructio-

nibus autem exhibitis hebdomadatim extracti Rhei granis 12. aut 15. cum lacte succurrendum. Diæta sit medicationi conformis. Potus è sarsa cum radice chinæ & fœniculo cum aqua decoctis. Lentilius ad Obs. LXVIII. in app. p. 93.*

* Eph. Dec. 3. An. 3.

Vermiculi cum urina emissi.

D. Georg. Francus dedit seq. pulverem:

℞. ☿. dulc. ℈i. cinnab. nat. gr. xv. cc. phil. gr. xiv. m. f p. in 4 p. æq. divid. in potu verò ess. abs. comp. c. rhab. item fl. hyperic. elix. pp. c. rh. Fiebat quoque injectio cum aq. ☿rii & antihelminthicis & perinæo imponebatur Empl. d. Ran. c. ☿r. Vigon. Obs. II.*

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Aphonia plurimorum.

Dr. Eggerdes juxta Hippocratem popul. 2. s. 5. § 17. omnes phlebotomari jussit, exhibito insuper unicuique emetico antimoniali cum oxim. scyllit. Plurimi his amissam vocem sine alio quovis remedio recuperabant: qui autem aphoni persistebant, iis reiteratum vomitorium propinabat, vocatis simul in usum liq. cc. succin. & spir. ammon. arom. quibus per aliquot dies in vehiculo idoneo exhibitis omnes ejus curæ commissi resti-

reſtituti ſunt. Qui recidivam paſſi, iteratis tamen jam dictis remediis integre ſalvati ſunt. Obſ. VIII.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Vomitus ex vino lithargyrato.

℞. conſerv. ſpagyr. Aug. menth. ana ℥j. philon. rom. ſyr. cort. aur. ana ʒii. M. Doſis caſtaneæ quantitas aliquoties repetenda. Externe

℞. herb. abſ. menth. cr. ana mj. rad. tormentill. ℥j. thur. maſtich. ana ʒß. coriandr. ʒij. m. d. ad ſaccul. coq. in aceto & vin. rubr. ana pt. æq. ac regioni ventriculi calide applicetur. Vel

℞. tacamah. ʒij. thur. maſtich. ana ʒj. pulv. menth. abſ. ana p. 1. balſ. peruv. ℈ij. tereb. & ceræ ana qs. f. Empl. regioni ventriculi imponendum. D. Gockelius Obſ. XXX.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Gonorrhœa Catharralis.

Dr. Helwichius cum felici ſucceſſu eſſentiam ſuccini & tincturam bezoardicam anodynæ aliquot guttis maritatam propinavit. Eſſentia lignorum ſpem ejus itidem non fefellit. Obſ. XXXIV.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Apoplexia in ſene curata.

Dr. Grubelius præmiſſa V. mox hoc Vomitorium præſcripſit.

℞. ſal. vitrioli emetic. ʒß.

Hoc aſſumpto ne conatum quidem vomendi perſenſit patiens, cum tamen ex Helmontio, Fabro, & Langii miſcell. cur. p. 12. ſatis conſtet, ſecretum curandæ apoplexiæ certiſſimum in vomitoriis conſiſtere, ad ſeq. igitur eſt progreſſus.

℞. conſ. roriſmar. ℥iij. ſpec. ceph. M. ℈j.
ſpec. diambr. diamoſch. d. ana ʒij.
ſyr. betonic. fl. tunic. ana qs. f. l. a.

Electuarium ſpiſſum in os patientis ſæpius detrudendum, adhibita tamen prius hac potiuncula cum clyſtere acriore.

℞. aq. ſalv. c. v. lavend. c. v.
apoplect. opt. ana ℥j.
Eſſ. lil. conv. ſalv. ana ʒj. eſſ. caſtor. ʒß.
ſpir. ſal. ammon. ℈j. ol. ſuccin. ſt. gt. viij.
ſyr. ſtæch. beton. ana ʒß. m.

Quæ potiuncula cochleatim patientis ori fuit infuſa non ſine magno commodo.

Poſt felicem clysmatis applicationem & ad materiam magis reſolvendam elect. ſeq. fuit præſcriptum.

℞. rad. pyrethri. ir. flor. ana ʒj. ſinapi ʒß.
zingib. macis ana ℈j. caryophyll. ʒß.
mell. anthoſat. qs. f. l. a. Electuarium ſæpius aſſumendum & in ore tenendum.

Ad

Ad linguam curandam ſeq. fuerunt ordinata.

℞. ſpir. l. guajac. eſſ. lil. conv. ana ʒj.
ol. ſt. majoran. roriſm. ana gt. vj.
ſyr. d. betonic. ʒvj. m. & per intervalla patientis linguæ adhibe.

Externè vertex, tempora & pulſus oleo deſtillato ſuccini diligenter fuerunt inuncti. Curæ colophonem impoſuit clyſma ſequens:

℞. herb. rut. ſalv. origan. cent. nim. ana mj.
fl. ſalv. lil. conv. prim. veriſ. ſtæchad. ana p. ij.
rad. ariſtoloch. rot. ℥ß. cyclam. min. rutæ. à ʒij. coq. in ſ. q. aq. col. ℞. ℥viij. in quibus ſolv. elect. Hier. cum agar. ℥j. fell. taur. inſpiſſ. ʒj. ſal. rut. ʒj. mell. anthoſat. ℥j. m.

Hoc applicato bene ſe habuit patiens, Deoque pro obtento ſanitatis beneficio gratias egit maximas. Obſ. XCIV.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Dyſenteria indolens, non lethalis.

Dr. Grubelius uno oculo febris conſideravit malignitatem, altero alvi fluxum cruentum, utrumque pulveribus duobus atque tinctura confortante effecit.

℞. pulv. pannon. r. ℈ij.
terr. japon. gr. maſtich. ana ℈ß. m.
Divid. in 2. part. æq. in aq. tormentillæ ſumendas.

℞. Eff. tormentill. tinct. corall. temper.
ana ʒj.
lap. bez. or. ℈ß. m. d. guttæ 33. una
hora ante menſam.

His uſurpatis ſtatim remiſit febris maligna, fluxusque alvi adeo fuit moderatus, ut uno die vix duas vel tres habuerit ſedes, quæ ſymptomata ſeq. potiore cordiali fuerunt penitus ablata.

℞. aq. cord. Sax. ℥ij. maſtich. comp.
menth. c. v. ana ℥j.
tinct. cinnamom. flor. tunic. ana ʒij.
ſpir. maſtich. conf. alk. inc. ana ʒj.
ſyr. d. corall. acetoſ. citr. ana ℥iij. m.

De qua per intervalla D. cochl. ij. quibus aſſumptis ſucceſſive hic deſperatus patiens D. B. fuit feliciter reſtitutus. Obſ. XCVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Cura Dyſenteriæ Epidemicæ.

Opium omne punctum tulit: Ejus granum unum pulveri radicis tormentillæ & catechu ſociatum ac quovis trihorio exhibitum: in infantibus eſſ. catech. part. IV. cum eſſ. op. Langelott. part. I. junctæ mira præſtiterunt. Potus ſingulorum fuit decoctum radicis tormentillæ. Pauciſſimi Rhabarbaro uſi ſunt. Fœminam ab alio medico prognoſtico relictam D. Samuel Anhornius una nocte nonniſi duabus doſibus ex pulv. catechu & terræ ſigill. ana ℈ß. Cum opii corre-

correctiſſ. gr. I. feliciſſime reſtituit. Obſervavit in infantibus pluribus, quotiescunque datum fuit aliquid de tinctura catechu eſſ. opii ſociata ſpaſmos cum dejectionibus cruentis plures horas evanuiſſe & fæces bonæ notæ prodiiſſe. Teneſmus Dyſenteriis non rarò ſupervenit, qui vero clyſmatibus unctuoſis & mucilaginoſis inſipidis, vel etiam fomentis & ſuffitibus facile cedit. Omne in pauperibus dyſentericis præſtitit oleo olivarum cochleatim propinato, adultioribus cum lacte calente, infantibus per ſe, juxta pulverem ex radice tormentillæ cum opio, exhibito, & diligenter per tri- & quadrihoria pro neceſſitate continuato. Sacharatis acidis & quibuscunque conditis penitus interdixit, imo nec gargariſmata dulcia conceſſit, quæ vix ore hauſta alvum moviſſe ſenſit. Oris ſiccitatem vino rubro, aquæ duabus tertiis diluto abigendam juſſit. Obſ. CI.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Paſſio iliaca ex eſu ribium.

Injectus clyſter ſequens.

℞. decoct. carmin. uſitat. ℥viij. in quo diſſolv.

Elect. de bacc. laur. ℥iß.

Hier. picr. ℥ß. eſſ. caſtor. ʒi.

ol. ſt. carui gt. IX. ol. lin. ℥ß.

nitri antimoniat. ʒß. m. f. clyſter.

Hoc ex voto dolores acutiſſimos imminuente

D. Grübelius suasor fuit, ut de elixir. propr. P. ad gutt. saltem 40. in vehiculo carminante assumeret, cum illud in hoc affectu plurimum profuisse, cum alia remedia omnia essent frustranea,

testetur Häferus in Herc. med. p. 133. Hoc enim vi sua balsamica humores corruptos corrigit, gangrænam intestinorum præcavet, stomachum confortat alvumque tenet apertam, qua quoque ratione vomitum compescit. Quo etiam accepto omnia symptomata evanuerunt. Obs. XCV.

Alii Virgini in iliaca passione ex nimio pyrorum esu contracta præmisso clystere aperiente ac carminativo non sine singulari fructu usurpandam dedit tincturam suam bezoardicam ad ℥iii. ut vero hoc malum maxime periculosum auferretur, essentiam corticum pomorum de sina non satis hic commendandam cum tinctura bezoardica permixtam adhibuit, quæ tormina maxima tam feliciter dissipavit, ut se penitus esse sanam judicaret, nulloque remedio ulterius esse opus diceret. Cui nil nisi pulverem præcipitantem Rolfincii seu antiphthisicum cum tinctura rosarum papaverina in cerevisia usurpandum ad viscerum æstum penitus extirpandum præscripsit, quibus adhibitis sanitatem recuperavit pristinam. Observ. XCVI.

[a] Eph. Dec. 3. An. 4.

Mania,

Mania, in eaque effectus cerebri canini.

Dr. Daniel Crügerus ordinavit primo vomitorium è tartaro emetico ad gr. IV. deinde vinum sequens.

℞. rad. helen. ℥i herb. meliss. fumar. centaur. min. ceterach. ana mj. fol. senn. s. st. rad. helleb. n. ana ʒx. anis. dauc. ana ʒii. epithym. ℥ß. coq. in aq. qs.
colat. ℞. ℔ii. de aqua ℥v. mane hausit.

Deinde alternis diebus in diversis locis v. s. imo arteriotomiam utrorumque temporum instituit, omnia cum fructu luculento. Duodecima vice iterata v. s. donec floridus & roseus appareret. Interea somnus negotium facessit. Dedit itaque aliquoties hunc potum.

℞. aq. meliss. ℥iij. conf. alk. compl. ʒiß. laud. op. gr. IV. m.

Dormivit quidem aliquoties per aliquot horas, sed animadvertit somnum illi nihil profuisse, sed ægrotum postea magis furiosum redditum; idcirco exhibuit ipsi sequentem emulsionem.

℞. sem. papav. alb. ℥i. amygd. d.exc. ℥ß. melon. ʒij. aq. fragor. qs. f.l.a. Emulsio.
col. ℥viij. D.

Hinc somnus quietior & cum emolumento. Tandem

Tandem in usum revocavit cerebrum canis à Sennerto C. de mania propositum. Curavit igitur, ut cerebrum hoc instar cerebri vitulini exhiberetur cum macere, pipere, cinnamomo, butyro & sale conditum, ut ipsi gratus sapor conciliaretur. Offertur igitur prima vice dimidia pars, detracta pelle, & ecce à prandio hoc insueto incidit in somnum profundum, durantem per totam noctem ad summum usque mane. Expergefactus timidus plane apparuit, qui timor tamen paucis diebus post evanuit. Itaque jam conservationem hominum admisit, omnia iterum loqui incipiens. Hic per octo septimanas curam sustinuit. Observ. CXXV.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Dolores Nephritici & ob consensum colici.

Dr. Ambrosius Stegmannus propinavit ægro non longe ante obitum expertissimum (quod in certo liquore solutum ipsos etiam silices intra paucas horas in subtilissimum redigit pulverem) lithontripticon, sal nimirum fixum è lepore mense Martio à canibus capto, & ex toto cum pelle, pilisque, visceribus, intestinis & sanguine, in fictili novo optime lutato, lente incinerato paratum, à quo quidem euporisto copiosum mucum effluenti è naribus non absimilem,

lem, & post hunc multum excrevit urinæ, ita ut per aliquot dies liber fuerit ab omnibus symptomatibus. Rediit tamen malum tanta cum vehementia & obstructione urinæ totali, ut tandem miserrimus ex gravissimis suis doloribus in beatiorem vitam migrarit. Obs. CX.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Suppressio urinæ.

Dr. Daniel Crügerus utramque urinæ suppressionem seu ischuriam renalem & vesicalem sæpius sequenti potu curavit.

℞. Terebinth. ℥ß. vitell. ov. no. 1.
sacch. ℥ß. vini rhenan. ℥v. m. optime.

Purgat simul hæc potio, & impuritates nervos & membranas constringentes absterget. Commendant hunc potum Sennert. institut. l. 5. part. 1. sect. 1. c. XI. Lev. Lemnius, Platerus. Item Timæus in epist. p. 2. 42. & alii. Sed semper in omni suppressione urinæ balnea & insessus, cataplasmata, unguenta, illinitiones & præsertim clysteres adhibendi, ut fibræ constrictæ relaxentur & materia nervis impacta resolvatur. Clysterem seq. admodum proficuum expertus est:

℞. allii. cæpar. ana mj.
coq. in s. q. aq. comm. colatur. ℔i.
add. spir. tereb. ol. cc. ana ℈ii.
mell. ros. ℥ii. ol. aneth. ℥iiß. m. f. clyster.

Mirum quantopere purget, & detergat, imo

odor

odor & ſapor linguam feriat. Alium clyſterem habet Riverius c. de iſchuria, quem nuper in viro illuſtri conducibilem reperit. Obſ. CXXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Hydrops aſcites urinæ profluvio ſanata.

Vir quidam poſt longam febrim tertianam duplicem inflatus eſt ventre, cæteris partibus emaciatus. A cæteris Medicis quaſi deſperatus à D. Lanzono ſeq. curatus eſt. Ejus conſilio quotidie mane jeiuno ſtomacho aſſumpſit ſeq.

℞. Tereb. lot. in aq. malv. ʒß. & cum pulv. liquir. f. ſ. a. bolus aſſumendus cum aqua ſequenti.

℞. aq. ononid. malv. ana ℥ij.
♎. ſalis ℈j. M. poſt prandium vero ſyrupum ſeq. aſſumebat.

℞. ſyr. de 5 radicibus.
de alth. Fern. ana ℥ß. M.

Poſt cuius aſſumptionem bibebat juſculum, in quo bullierant fol. malv. & rad. aſparag. quibus adhibitis remediis hydropis lympha per urinæ vias excreta eſt, & æger convaluit. Obſ. LXXIV.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Præparatio ſacchari Saturni.

Sciendum quod quo fortius acidum & quo ſubtilius Saturninum, eò ſecurius

&

& gratius comparatur saccharum, quod experiri poteris, si minio tenerrimo saturnino affundis spiritum æruginis, aut fortissimum acetum destillatum spiritu nitri nonnihil acuatum, tunc solutio eximie dulcescet, & si secundum artem processeris crystallos pellucidos, teneros & maximi usus securissime intus exhibendos nancisceris, quod solutione lithargirii nunquam obtinebis utpote quæ semper sub dulcedine aciditatem austeram rite gustanti præ se fert, ut adeo non mirum sit vinum lithargyrisatum tam noxium extitisse. Dr. Franciscus Vicarius. Obs. C.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Mirus omnium membrorum rigor à percussione.

Dr. Mentzelius interne varia præscripsit bezoardica & alexipharmaca cinnabarinis mixta. Externe verò nucham, spinam dorsi, omnesque artus spir. lumbr. terr. formicar. bacc. juniper. anthos. vini camphorat. cum bals. peruv. in vit. ov. soluto permixtis ter in die inungere jussit, quibus rite per aliquot dies administratis motus manuum & pedum aliquantum rediit, & continuatis intra aliquot septimanas præter omnem spem integre restitutus patiens pancratice valuit. Obs. CXX.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Cau-

Cautela circa usum corticis Peruviani.

Ramazzinus adnotavit in frigidis & humidis constitutionibus, quæ corpora nostra crassis humoribus infarciunt, parum salutarem esse corticis peruviani usum, in calidis vero & siccis constitutionibus, in quibus humores aliquo egent sufflamine, remedium istud egregiam operam præstitisse. Quotiescunque abdominis dolores, artuum osteocopi, alvi occlusio, nocturni sudores aliaque mala supervenerint, Ettmüllerus dissert. de usu & abusu præcipitantium refert spiritum salis armoniaci febres ab hoc cortice fugatas prompte revocasse.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Spiritus antiscorbuticus D. Michaëlis.

℞. herb. cochlear. nasturt. aq.
beccabung. piperitis.
rad. raphan. mar. ari rec. ana qv.

Concisa leniter & contusa cum spir. baccar. sambuc. per fermentat. infund. ad 3 digitorum eminentiam. Digere per triduum & destilla in M. B. Huic si addatur spir. aperitiv. Penot. fit spiritus antiscorb. compositus ejusdem.

Excellens est spiritus, si tritici spiritus aliquoties super herbam recentem affundatur & aliquoties cohobetur, ut ductore Fehrio docen

docet in cochlearia curiosa Dr. Valentinus Andreas Mollenbroccius.

* Eph. Dec. 3. An. 4.

Scabies cum tremore ad tabem inclinans.

Dr. Theodorus Zwingerus præscripsit ante omnia purgans ex ☿. dulc. extr. pil. angelic. cum bez. min. & ol. destill. amarac.

Postmodum v.s. administrata, sanguisque eductus viscido salso obtectus sero. Tandem juxta decoctum lignorum seq. Electuarium est ordinatum.

℞. conf. fumar. ℥iß. beton. ℥iß. cort. citr. cond. ℥iiß. spec. diatr. santal. ℥n. diaph. pulv. viper. ppt. ana ℈ij. sal. abs. ⊕l. ♂. à ℈j. syr. d. fumar. qs. m. f. elect. ad form. opiat.

m & v. sumatur magnitudo nucistæ, superbibendo semper vel infus. fol. Thée aut beton. vel jusculum herbis agrimon. ulmar. borrag. pimpinell. nasturt. aq. &c. alteratum.

Atque sic repetitis aliquoties præscriptis remediis, simul ac potu acidularum Swalbacensium copia perfectè sanitati restitutus fuit. Obs. VI.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Excoriatio & tumor pudendorum muliebrium post difficilem partum.

Hanc D. Theodorus Zwingerus intra qua-

triduum curavit, intus quidem exhibendo eboris ppt. & ♁. diaph. aliquot doſes m. & v. cum aq. deſtill. ſcab. ulmar. & card. ben. Extus autem utendo ſeq. partim linimento partim fomento.

℞. herb. card. ben. brunell.
fl. chamom. ſamb. ana mß.
oliban. ʒiß. croc. ℈j. inciſa & contuſa
coq. in ſ.q. vin.alb. & col. ℥vj. adde
eſſ. myrrh. ʒij. ſpir. vin. camph. ℥ß. m.

D. ad vitr. quod ſubinde calefiat, & cum linteis ei immerſis atque expreſſis applicetur calide.

℞. butyr. rec. aq. roſ. & ſolan. lot. & cocti donec nullum amplius edat ſtrepitum ℥vj Trajiciatur per linteum add. alb. ovor. mucilag. gumm tragac. aq. roſ. fact. à ʒj. m.f. liniment. tepide inungendum, quibus remediis ab omni malo liberata fuit. Obſ. VII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Aſthma & hydrops thoracis.

Seq. remedium à medico præſcriptum uſurpatum.

℞. milleped. ppt. gr. xij. flor. ♁. gr. iij.
ſalis vol. ſuccin. gr. ij. extr. enul. gr. iij.
Terebinth. ven. q.ſ. f. l. a. pil. xij.
inauratæ ſumuntur pro doſi & pluries quidem ante cœnam cum aq. hyſſopi.
Coch-

Cochleatim vero seq. mixtura frequenter propinabatur:

℞. aq. fœnic. ℥iß. card. ben. cerefol. ana ℥j.
  ♎. salis armoniac. urinos. ʒß. ess. croc. ℈j.
  ol. st. chamom. gt. jv. tabell. man. xt.
  simpl. ʒß. m. ad vitr.

His nihil operantibus, cum urinæ simul parcius fluerent, iulepi sæpius exhibiti diuretici:

℞. aq. vincetox. hed. terr. fœnic.
  syr. de 5 radic. à ʒvj. ♎. sal. armon. ℈ß.
  oc. 69. ppt. ℈i. Diaphoret. martial. gr. vj
  sacch. ros. tabul. ʒiß. m. d. ad vitrum
  pro dosi.

Cum nec his aliquid efficeretur ac varii interea clysteres frustra infunderentur, ad caussam mali eradicandam abdomine simul existente tumido ac tenso, bis seq. purgans præscriptum:

℞. ☿. dulc. gr. xviij. extr. pil. coch. ℈ß.
  mag. jal. gr. iij. ol. st. succin. qs. m. f. pil.
  no. xv.

Sumantur pro dosi, à quibus quinquies dejecit. Sed continuante respiratione difficili, dolore tensivo in hypochondrio sinistro & abdomine per modum tympanitidis ad membranarum spasmum facta reflexio, quare præscriptus pulvis stomachicus Birckmanni cum pulvere Marchionis aliquoties sumendus, sed insuper asthmate valde urgente clyster ex infusione Hippenteror. & fl. cha-

fl. chamom. cum melle mercuriali denuò præſcriptus & aliquoties infuſus. Pilulæ quoque ſequentes pluribus diebus m. & v. conceſſæ:

℞. lap. prunell. gr. xxiv. cinn. nat. gr. xi.
extr. caſtor. gr. iv. ol. ſt. chamom. gt. x.
c. tereb. f. l. a. pil. xxx. doſ. no. X.

Ab uſu horum remediorum viſus affectus imminutus, ſed rediere ſymptomata. Hinc m. ac v. ſpiritus ſal. dulcis cum eſſ. croc. & Tinct. caſtor. cum ſpir. cochlear. parat. ad 12 guttas pro doſi cum aqua veronic. & ſyr. de betonica dabatur. Clyſteres reiterati, ſimul & abdomen ſeq. Epithemate calide fotum.

℞. lap. prun. ℥j. fl. ſal. armon. ʒß. ſolv.
in ſpiritus vini boni & non dephlegmati ℔j. ad vitr.

Quibus per aliquot dies ſedulo uſurpatis cum nihilominus abdominis dolor angeret, aſthma vexaret; urina parcius proflueret, ſeq. fuerunt ordinata:

℞. oc. 69. ppt. ℈ß. lap. prun. gr. iv.
⊖li ♂t. gr. v. m. f. p. ſubtilis d. ad chart.
Sumatur m. ac v. pro doſi.

Alternis noctibus quoque pilulæ ſeq. ſumptæ
℞. extr. gentian. vincetox. ther. cœl. à gr. v.
cum ol. ſtill. ſuccin. f. pil. no. viij. D. pro doſi.
inde melius aliquamdiu urinæ profluebant, ſed redibat reſpirandi difficultas cum gravitate & anguſtia præcordiorum, dolore ten-

ſorio

ſorio & punctorio in abdomine, uſurpata hinc varia martialia, jovialia & antiſpaſmodica, omnibus tamen incaſſum adhibitis æger expiravit. Obſ. VIII.

* **Eph. Dec. 3. An. 5. 6.**

Aſthma lymphaticum cum febri catharrali.

Dr. Theodorus Zwingerus diætam catharris ſeroque in pulmonibus ſtagnanti adverſam ſtatuit, primaque die clyſma iniici curavit ex decocto rad. vincetox. helen. agrimon. ſalv. alth. mercurial. meliſſ. flor. melilot. ſem. carvi bacc. juniper. cum admixtione mellis roſacei. al. violac. & elect. hier. pier. logat. unde aliquoties mucoſa ac viſcida plura deiecit. Simul autem ſeq. mixturam Antaſthmaticam per cochlearia hauſit.

℞. aq. fænic. ℥ii. petroſel. ℥j.
carminat. Sylv. ʒvj.
ſpir. ſalis arm. ʒß.
ol. ſt. cort. aur. macis ana gt. ij.
ſacch. roſ. tab. ʒi. m. ad vitr.

Symptomata manſere in eodem ſtatu, unde pergere juſſus eſt in uſu mixturæ, & ſub veſperam ante cœnam ſperm. cet. recentiſſ. ʒj. in carnium juſculo probe ſolutam haurire, hinc tantillum viſus eſt habere levaminis, poſtridie mane laxantes aſſumebat pilulas.

℞. mass. pil. è succ. Crat. gr. xij.
gumm. ammon. gr. vj. cinn. ♀. corr. gr. iv.
mag. jal. gr. iij. ol. st. aur. qs. f. l. a. pil. no. xv. inaur. D. ad scat. Sumantur una vice.

Sequentibus hinc pluribus diebus seq. remedia cum morbi imminutione & appetitus restauratione in usum diligentem tracta sunt.

℞. ol. amygd. dulc. rec. expr. ℥iß.
sperm. cet. rec. ʒiß.
elæosacch. aurant ℥ß. m. D. ad oll.

Singulis tribus vel 4 horis parum inde degluriatur.

℞. spec. diacumin. oc. 69. ppt.
specif. antih. Pot. ana ʒj. milleped. ppt. ʒß.
M. f. pulv. subtil. ad ch. in 14 dos. æqual. de quibus m. ac. v. dosis capiatur.

℞. spir. ☉. dulc. ʒiß. D. ad vitrum, cujus plures guttulæ potui ordinario ex dec. liquir. ras. cc & hord. immiscebantur.

Fonticulus etiam in brachio fuit excitatus. Tandem seq. datum purgans:

℞. extr. catholic. gr. xv. ☿r. dulc. ℈ß.
resin. scammon. gr. ij. ol. st. macis qs.
M. f. l. a. pil. no. xij. inaur. D. pro dosi.

Horum usu sexies citra incommodum dejecit æger, & convaluit. Obs. IX.

* Eph. Dec. 3. An. 5.6.

Febris

Febris maligna continua feliciter curata.

Dr. Theod. Zwingerus præſcripſit julepum ex aq. card. ben. fumar. ſyr. citr. ſpir. ſalis dulc. & bez. min. pro potu ord. conceſſit decoct. cc. raſ. cum rad. acetos & hord.

Dein mane exhibuit vomitorium ex ſalis vitrioli gr. xxiv. & ♁. diaph. gr. vj. ex qua vomuit quater & pluries per alvum mucoſa deiecit. Poſtea præſcripſit emulſionem ex ſem. melon. cucum. card. ben. aquileg. amygd. d. cum aq. ſuccif. fumar. endiv. & cc. ph. ppt. noctu hora ſomni capiendam.

Ad acidum febrile infringendum & ad glandulas ſubcutaneas expellendum unice diaphoretico-cardiaca in uſum trahenda ratus præſcripſit ſeq.

℞. aq. borrag. card. ben. ſcabioſ. ana ℥i.
ſyr. acetoſ. citr. ʒvj. ſpir. cc. vol.
ſal. armon. urinoſ. ana ℈ß. bez. min. gr. v.
m. d. ad vitr. hoc mane ſumpto intra horæ ſpacium ſudor ſecutus, qui ſub veſperam mediante eodem remedio repetitus.

Ad linguæ ſiccitatem & glutinoſitatem facta abraſio atque eluitio per chirurgum cum aceto & aqua, cui ſalvia atque brunella incocta.

Interea continuatus uſus deaphoreticorum & ſeq. pulveres ordinari.

℞. pulv. pannon. r. ʒiß. ♁ diaph. ʒß.

bez. min. ℈j. m. f. p. in 6 dos. æqu. adch. Quarum una m. & v. semper cum haustu aq. card. ben. & ulmar. assumpta cum exspectatione sudoris.

Interea simul præscripta mixtura cardiaco-diaphoretica per cochlearia frequenter sumenda, ut corpus in aliquo madore detineri posset.

℞. aq. borrag. fl. acac. fumar. ana ℥i.
syr. rub. id. ʒvj. syr. acetos. citr. ℥ß.
conf. alk. inc. ℈ii. ebor. ppt.
matr. perl. ppt. ana ℈i. bez. miner. ℈ß.
sacch. ros. tabul. ʒi. m. ad vitrum.

Febri sanata cum appetitus nondum rediret seq. pulveres præscripti.

℞. ♁ diaph. ebor. ppt. cc. ph. bez. min. à ℈i.
rad. aron. pulv. ℈ß. m. f. p. in 4 dos. ad ch. mane ac vesperi capiatur dosis cum haustu aq. ulmar. & card. ben. dein in usu mixturæ quoque perrectum.

Appetitu tantillum redeunte seq. pulveres præscripti:

℞. ♁. diaph. pulv. stom. B. à ʒß. ebor. ppt. ℈j.
pulv. card. ben. ℈ß. m. f. pulv. in 3 doses æq. quarum una singulis 8 horis cum aq. plantag. vel nasturt. capiatur.

Ad reliquias febris expellendas, cum vires sufficienter rediissent seq. potio laxans ordinata:

℞. syr. d. cich. c. rh. ℥iß.
flor. persic. ℥i.

aq.

aq. borrag. ℥iß. cinnam. buglosſ. ʒiiß.
m. f. pot. ad vitr. & ſumatur pro doſi.

Poſt plures dies ad ſudorem ſingulis noctibus circa diluculum inprimis matutinum diffluentem ſeq. elect. confortans uſurpatum.

℞. conſ. fumar. borrag. ana ℥i.
eb. ppt. corall. r. ppt. ſantal. citr. ana ʒß.
ſpec. diarrh. abb. lap. prun. ana ℈j.
margar. or. ppt. ℈ß. ſyr. d. fumar. qſ.
f. mixt. ad f. opiatæ D. ad fictile, de qua ſingulis quadrihoriis magnitudo nuciſtæ ſumatur.

Ex uſu huius mixturæ à ſudoribus nocturnis liberatus perfecte convaluit. Obſ. XI.
* Eph. Dec 3. An. 5. 6.

Iſchuria per plures dies durans.

Poſtquam clyſteribus atque ſemicupiis emollientibus, nec non oleo amygd. dulc. cum ſyr. dialth. F. & ſperm. c. uſus fuiſſet, ac bina quoque vice ſibi venam, in brachio nimirum & pede incidi curaſſet, ſumpſit aliquoties julepum.

Ex aq. petroſel. ononid. ſyr. viol. c. ſpir. terebinth. & bacc. juniper.

Sumpſit pulveres ex oc. 69. lap. prun. virg. aur. millep. ppt. & tartaro crudo.

Sed omnia fruſtra. Tandem poſt hæc cancrum contuſum probe cum cyathi vin. rubri tenuioris & generoſi nonnihil maceratum

tum & expressum D. Th. Zwingerus propinavit ac noctu iulepum cum ℈j. lap.prun. aq. malv. ononid. ac syr. citri, à quibus remediis post mediam noctem mingere incepit urinam crudam cum paucis arenulis, catheter quarta die vesicæ intrusus nil profuit, cum vesica adhuc vacua prorsus existeret. Obs. XII.

* Eph. Dec. 3. An. 5.6.

Spasmus sectioni herniæ superveniens.

D. Gockelius seq. præscripsit:

℞. pulv. lumbr. terr. ʒi. cc. ph. ppt.
epilept. march. cephal. Mich.
August. à ℈j.
castor. ℈ß. ol. macis gt. iij. m. f. pulv.

de quo, qv. cultri cuspide capi potest de die aliquoties in aq. ceras. n. patienti exhibeatur.

℞. aq. ceras. n. fl. til. pœon. ana ℥j.
hirund. c. cast. epil. Lang. ana ℥ß.
conf. alk. ʒß. lap. bez. or. gr. v.
marg. ppt. pulv. march. cephal. M. à ℈ß.
sacch. perl. ʒii. dos. cochl. j. vel alterum sæpius repetendo.

Externe nucha, collum, genæ, spina dorsi & venter tali linimento calide fuere inuncta.

℞. olei cham. ros. lumbr. terr.
d. castor. aneth. ana ʒvj.
terebinth.
pingu. hominis, canis ana ʒj. m.

Sed

Sed omnia remedia ſine optato ſucceſſu fuere adhibita, ſicque effatum Hippocratis adimpletum eſt iuxta aph. 2. ſect. 5. Convulſio vulneri ſuperveniens lethalis. Obſerv. XXXVII.

Alium tamen ſpaſmum incipientem poſt ſectionem herniæ per ſeq. remedia curavit.

Primò ordinavit clyſterem, à quo maximo cum levamine aliquoties deiecit: Duabus poſt clyſterem horis venam medianam brachii ſiniſtri ſecari fecit. Poſtea ante ſomnum talem pulverem una vice in aq. ceraſ. n. exhibuit, cuius uſum poſtea per biduum m. & v. continuavit.

℞. pulv. cephal. M. ℈j. d. ad chartam.

Externe circa collum & nucham catapl. ex herb. rad. & ſeminib. emollientibus cum lacte coctum, addito oleo roſ. chamomill. lumbr. calide fuit applicatum. Spina dorſi tali ſpiritu illita.

℞. ſpir. lumbr. terr. ℥iß. ſpir. ſal. arm. ℥ß. & venter ol. roſ. chamom. lumbr. & ung. nervino invicem mixtis inunctus.

Pro confortando cerebro & nervoſo genere ſeq. aqua cephalica fuit ordinata.

℞. aq. ceraſ. n. fl. til. ſalv. c. v. pœon. ana ℥j.
hirund. c. caſt. epil. Lang. ana ℥ß.
cinnam. ſtill. ʒij.

ſpir.

ſpir. ceph. Anhalt. compl. ʒi.
conf. alk. c. ℈i.
pulv. ceph. M. epilept. March. ana ℈j.
lap. bez. occ. gr. v. ſacch.perl. ʒiij.
M. f. mixtura cochleatim ſumenda &

℞. pulv. ceph. M. ℈i. aq. ceraſ. n. ℥iß.
eſſ. caſtor. cum ſpir. vin. extr. gr. vij.

M. pro doſi una.

Externe ℞. ung. dialth. Martial. Agripp. ana ʒiij.
ol. d. caſtor. ʒii. m. d. ad fictile pro inunctione calida cervicis, genarum & temporum.

Ad reſolvendam materiam ſpaſmodicam ſeq. ſudoriſerum dedit.

℞. rob. junip. diaſc. Fr. theriac. Andr. à ʒi.
aq. card. ben. ℥iß. ♎. cochlear. ℈ß. m. pro doſi.

Ad laxandam alvum clyſter domeſticus fuit iniectus.

℞. decoct. hord. ℥x. butyr. rec. ℥iß.
ol. oliv. ℥i. vitell. ov. no.ij. m. f. clyſter. qui circa veſperam fuit reiteratus.

℞. eſſ. caſtor. c. 🜄. extr. ʒi.
ſpir. beccabung. naſturt. ana ℈ß.
m. d. ad vitr. doſ. gt. vij. ad x. in aqua ſalviæ.

Ad humores acri - ſalinos & ſcorbuticos eliminandos alvumque apertam conſervandam.

℞. herb. majoran. roriſmar. ſalv. nob.
becca-

beccabung. naſturt. agrimon. cochlear.
ſcolopendr. ana mß.
rad. caryophyllat. raphan. marin. ana ℥ii.
angelic. ℥i.
bacc. laur. juniper. ana ℥iß.
rhab. monach. ℥ß. fol. ſenn. alex. s. ſt. à ℥j.
jalapp. agar. trochiſc. turpeth. el.
polypod. qu. ana ℥ii. cinnam. el. ℥j.
tart. alb. crud. ℥ii. chalyb. c. 🜍. ppt. &
in pet. ligat. ℥iß. ſem. aniſ. fœnic. ana ℥ß.

M. & conciſ. f. cum linteo alb. nodulus cum menſ. iß. aquæ mulſæ decoquendus. Plura vid. Obſ. XXXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Cachexia hydropis prodromus.

Dr. Schwallerus ad eliminandam ventriculi ſuburram emeticum exhibuit.

℞. ♀. emet. gr. ii. ſalis arm. depur. ℈ß. ol. aniſ. gt. j.

m. f. pulv. à quo multum materiæ viſcidæ eiecit non ſine levamine. Mane ad præcordiorum anxietates & intumeſcentiam faciei tollendam ſudoriferum propinavit. Pro potu ordinario fuit ptiſana ex ligno ſaſſafras & paſſulis minoribus. Verum dum tumor iam ad genua aſcendit, ſcrotum pellucidum copioſis aquis diſtenditur & ſitis continuat, ſequentia conduxere.

Vinum chalybeatum ex infuſione chalybis per noctem in vino albo tenui cum bacc. iunip.

iunip. & cinnamomo contuſo additis parum zedoar. aut helenii. Quod multa experientia comprobavit plurimis valdopere profuiſſe iuxta pulverem ſeq. mane in iuſculo ſumendum & continuandum per 24 dies.

℞. diaph. ♂t. Lud. rad. ari ppt.
croc. ♂. aper. c. 🜍. & ⊕. ana ʒj.
elæoſacch. cinnamom. ʒiij. divid. in
12 p. æq.

Noctu gt. xxv. ſeq. Tincturæ porrexit.

℞. Tinct. ♂. aper. Zwölf. ♀.comp. ana ʒij.
♌. ſal. ✱ac. ʒj. d. ad vitr.

ſcroto tumenti fotus ex decocto fl. ſamb. addito litharg. camph. cret. & ſacch. ſaturni aliquando etiam cum ana aq. calcis ter in die applicatus profuit. Juncturas artuum ung. officinali contra ſcabiem ex 🜍. & ⊖. toſto butyr. rec. incorporato inunxit. Singulis ſeptimanis pil.c. hydrop. Bont. ℈ß. aut gr. xv. exhibendo quibus rite continuatis & obſervatis D. B. brevi convaluit. Obſ. LVI.

* Eph. Dec 3. An. 5. 6.

Tumor ſcroti.

Dr. Schwallerus ad humorum ſtagnationem ſolvendam & inflammationem arcendam ſequens præſcripſit ſudoriferum.

℞. aq. fumar. ſcord. fl. ſamb. ana ℥j.
ſpir. therical. camph. ʒii.
℥. diaph. oc. 69. ppt. à ʒß. ſyr. ſcord. ℥j.
m. ſ. uſus cochleatim. Sperm. cet. rec. ʒß.

ſæpius

ſæpius aſſumptum in aq. chæref. & ſcord. Externe crebras fomentationes cum herbis abſ. ſcord. card. ben fl. ſamb. melilot. aquæ calcis incoctis addito parum ſp. vin. rectif. ſacch. ſaturni croc. & camphor. adhibuit.

Quibus cum exacto vitæ regimine & vini abſtinentia rite obſervatis intra menſem reſtitutus eſt. Obſ. LVI.

* Ephem. Dec. 3. An. 5. 6.

Colica Epidemica.

Dr. Schwalleri medendi methodus ſequens erat. Clyſteres ex oleo lini & ol. nucum ana ℥iv. & v. præ reliquis cum fructu in uſum vocavit.

Interne ſimili pro re nata modo oleum amygdalor. præſcripſit:

℞. ol. amygd. ℥iß. vin. malv. ℥ii.
Tinct. caſtor. ʒß. ſyr. d. menth. M.
pro 3 doſibus.

Sinngulis 3 horis cochl. ij. potionis ſequentis ſumpſerunt:

℞. aq. chamom. menth. ana ℥iß.
anticolic. antihyſt. (in mulieribus)
carminat. ana ℥ß.
Tinct. caſtor. ʒß. cinnab. ♁n. ℈ß.
ſyr. papav. alb. cort. aurant. ana ℥ß.
Tinct anod. gt. vj. D. ad vitr.

Noctu extr. theriac. gr. iij. iv. ad ʒvj. in vino malv. aut iuſculo porrexit.

In obſervatis demum doloribus tanquam ad ſacram anchoram confugit ad ſequens:

℞. ſucc.

℞. ſucc. fimi equin. rec. avena paſt. ℥iv. & v. ſyr. papav. alb. ℥j. D. addatur vinum malv. Tinct. caſtor. myrrh. aut ſpir. carminat. &c. quod rarò eum fefellit.

Denique mitigato dolore reliquias blandiori purgante eliminavit.

℞. mann. calabr. ℥ij crem. tartar. ʒß. ſolv. in aq. chamom. vel alia appropriata & ol. amygd. d. ſyr. roſ. ſol. ℥j. & ℥iß. d.

Vino abſtinebant & potu ptiſanæ cuiuscumque ob noxam; quam mox à tali paſſi ſunt, in nimia autem ſiti parcè ſimilem conceſſit, ſcilicet

ex ſem. aniſ. paſſul. min. cort. aurant. addito pro lubitu fl. chamom. oc. 69. contuſ. his omnibus bene incoctis paratum.

Profuit aliquando & Theriaca vel in vino malv. aut aqua appropr. Item pulv. cort. aur. ſæpius de die hauſtus; ut & cortex peruvianus.

Externa parvi valoris fuerunt præter Euporiſton illud ex cruſta panis, caryophyll. n. m. cinnam. vin. malv. aut rubr. ſuper prunas calefact. & ſtomacho calide applicatum, ut & ſacculi ex flor. chamom. menth. bacc. iuniper. Obſ. LVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Febris tertiana malignam æmulans.

Dr. Schwallerus quàm primum vocatus ad ægrum vomitorium ex ſyr. emetico aut tart.

tart. emetico exhibuit ante paroxiſmum. Clyſteres emollientes & refrigerantes in iis, quibus alvus tardior, applicare iuſſit, ptiſanam ex radice gramin. acetoſ. fol. plantag. tarax. abſ. cc. ph. ppt. c. ſpir. ⊕. dulc. aut ſyr. berber. è ſucc. citri &c. acidulatam pro lubitu proprinavit, durante autem paroxiſmo a potu abſtinebant. Rotul. berber. aut ⊕. tabulatum in ore detinendo. Potionis ſeq. effectus mirabilis fuit.

℞. aq. plantag. ℥ij. centaur. min. ℥i.
Tinct. anod. gt. IV.
ſyr. chin. de chin. cum centaur. ℥j.
M. pro 2 doſibus.

His omnibus incaſſum adhibitis quandoque aut ſucc. plantag. in magna doſi aut ſeq. nunquam ſine effectu porrexit.

℞. chin. de chin. ʒiij. ſal. cent. min. ʒß.
ol. ſt. cinnamom. gt. j. M. pro 3 doſibus.

His aut ſimilibus continuatis aut pro re nata variatis in ſubiectis aut ſymptomatibus diverſis intra 14 dies convaluere quamplurimi. Quo tempore abſente recidivæ metu vinum medicatum admirandi effectus cum rad. gentian. cal. arom. herb. abſ. plantag. cent. min. fol. ſenn. rhab. alex. agaric. rec. troch. præſcripſit, aut iuſcula alterantia ex herb. plantag. cichor. ſylv. centaur. abſinth. Obſ. LIX.

* Eph. Dec. 3. An. 5, 6.

Topicum in lochiorum & menſium nimio fluxu.

Externum hoc officio ſuo optime functum, & ſanguinis fluxum miraculi inſtar brevi intervallo ſtitit.

℞. fulig. fornacum qu.
aceti vini, vel cuiuslibet acerrimi q.ſ.

m. f. inſtar cataplaſmatis, quod linteo exceptum applicetur infra genua, & exiccatum renovetur. Idem remedii genus poſtea plu-ries in nimio menſium fluxu, remotis etiam omnibus aliis, ſemper illico in principio exoptatum ſucceſſum habuit; præprimis vero in ſanguinis conſtitutione ſerofiori, acriori, & tenuiori; ut & præmiſſa v. ſ. in plethora, id quod, bona fide teſtatur D. Scharfſius, pluribuſque obſervationibus poteſt confirmare, non oſcula ſolum vaſorum contrahat, ſed & ipſum ſanguinem incraſſet & coagulet. Obſ. LXXXIV.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Tumor fungiformis ſupra genu feliciter ſublatus.

Dr. Mauritius Hofmannus applicandum ſuaſit emplaſtrum ex malactico emplaſtro & cerato de galbano crocato Mynſ. ſic paulatim tumor ſubſidere cæpit tandemque evanuit.

Emplaſtri malactici compoſitio hæc eſt:

℞. ol.

℞. ol. commun. ℥iij. in his coque cerussæ pulv. ℥iij. dein adm. resinæ pini ℥iv. ceræ ad lentum ignem liquefactæ ℥i. gumm. galban. ammoniac. in aceto sol. myrrh. pulverisatæ ana ℥ß. m. f. l. a. empl.

Huius empl. amico fædere juncti ope emphysema in olecrano ex vehementiori allisione ad pavimentum lapideum facta exortum brevi curavit, imo solo etiam malactico imminentem strumarum deformitatem in aliquot fœminis antevertit. Obs. XCIX.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Euporiston in manante ad tibiam ulcere.

℞. spir. matrical. bals. peruv. myrrh. ana ʒß. d. s. Ausreinigender Balsam etzliche Tropfen ins offene zu giesen.

℞. Empl. de ♄no Myns. ℥ß. malax. c. ol. hyperic. induc. linteamini. d. s. versüssendes Pflaster so viel als nötig zu überlegen.

Sub horum usu lætiorem in fundo ulceris faciem conspicere dabatur. Sed in cute vicina ulcus ambiente per minutissima foraminula magna incæpit fluere seri acris copia, in quæ sequens inspersus pulvis:

℞. sacch. ♄n. cinnab. nat. cret. albiss. ceruss. ven. ana ʒß. f. pulv.

Interim æger aliquot dosis ♉nii martial. cachectici assumpsit, largiter inde provocato

ſudore, ſubinde etiam aliquot cochlearia ſucci naſturt. aq. ebibit, & quia nondum ſubſtitit aquoſus latex, ſeq. pulv. foraminolenti cuti eſt aſperſus.

℞. cinnab. nat. ppt. ʒß. vitriol. dulc. ♁. diaph. croc. ♂t. à ℈j. f. pulv. ſubtiliſſ. petiæ ex linteo raro includendus. S. **trucken Pulver, den Schaden herum d. mit einzuſtüppen.**

Ulceri ſupradictus liquor balſamicus cum filamentis fuit impoſitus & laudatum ſuperinſtratum emplaſtrum, ſic locus conſperſus ſiccatus & ſanatus fuit. D. Jo. Ludov. Apinus. Obſ. CXV.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Delirium maniaco-melancholicum helleborinis curatum.

Dr. Apinus pro evacuandis acidi melancholici ſordibus ſeq. potiunculam præſcripſit:

℞. extr. helleb. nigr. ʒß. ♀. emet. gr. iij. Tartar. ſolubil. gr. xxiv. rhab. el. ℈i. ſyr. d. cich. c. rh. ℥ß. aq. cichor. q. ſ. M.

Hinc non vomuit, alvi fere deiectiones binas habuit, & inde non aliter, quam ſumpto opiato conquievit.

Felici igitur ſucceſſu medicamenti heſterno die propinati audentior redditus ♀. emet. gr. i. cum extr. helleb. nigr. ʒi. exhibuit, quod etiam per inferiora tantam vim exſeruit.

ruit. Poſt venam in pede ſecari iuſſit, qua quidem quietior reddita, ſed nondum ſanata, unde helleb. nigrum in ſubſtantia præbere decrevit, ut & in infuſo, ſequentibus præſcriptis:

℞. fibr. rad. helleb. n. ʒiij. lap. prunell. ſal. ♀r. croc. or. ana ʒj. m. f. pulv.

D. ad ſcat. S. Hauptſtärckendes Pulver, des Tags 2mal 3 Messerſpitzen zu nehmen.

℞. fl. hyperic. miij. rad. helleb. n. ℥i. valerian. ʒß. d. ad ch. S. Hauptſtärckende Species ins Bier zu hängen.

Quorum uſu intra paucos dies ad ſanam rediit mentem. Non igitur eſt dubium, quin helleboro n. potiſſimum adſcribendus ſit felix curæ ſucceſſus.

Poſt annum dicta patiens iterum delirare & atrocius furere incœpit, ſeq. vero potio helleborina omnem ſopivit inſaniam.

℞. Extr. hell. n. ʒß. tartar. emet. gr. vj. vitrioli ♀ſat. ℈i. aq. cichor. q.ſ. ſyr. d. cinamom. ʒvj.

D. S. alſobald zu nehmen.

Hinc auſpicato vomuit & aliquoties deiecit. Subiunctus dein uſus pulver. hellcborini iam laudati, potui quoque ſuccus ſupradictus infuſus, quibus pauciſſimis factum, ut ratio ipſi redierit, & conſtarit optime. Obſerv. CXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Aſthma periodicum convulſivum.

Iuſſit D. Apinus m. ac v. ſumere 30 guttulas ſpiritus ſanguinis humani, qui præterquam quod ſpecifica virtute ad epilepſiam, & hunc quoque pulmonum caducum polleat, inſuper depurativum ſanguinis eſt egregium, & in ipſa gallica lue mira præſtitiſſe viſus eſt. Obſ. CXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Arthritis univerſalis ſalivatione curata.

Dr. Andreas Löwius ordinavit præmiſſis univerſalibus, v. ſ. ſcilicet in brachio & purgatione ex aqua laxativa, manna ſoluta crem. ♀ri, aqua cinnam. bugloſſata, decocta ſudorifera:

℞. l. ſ. raſp. rad. chin. reſinoſ. ana ℥j.
ſarſapar. ℥iß. ſant. omn. ana ʒj.
♁. crud. in pet. ligat. ℥iij. coq. in
aq. ſimpl. ℔vj. ad remanent. ℔ii.
& dein ſuperiniice lign. ſaſſafr. conciſ. ℥j.
cinnam. opt. ℥ß. filtrentur, & quotidie

bis pro doſi ad ℥iv. ſumantur, atque per tres hebdomadas continuentur, quo egregie ſudans humorum orgaſmo ſedato nec non acrimonia temperata dolores remiſerunt ægraque videbatur reſtituta.

Aſt elapſo 3 menſium ſpacio dolores in omnibus fere membris ac articulis longe acer-

cerbiores redierunt, ac muſculoſa occuparunt interſtitia. Devenit hinc ad mercurium, utpote optimum rebellium morborum Rhizotomon, per quem ſalivationis excitandæ hac uſus eſt methodo:

Dedit itaque prævio laxativo prima die Mercurii præcipitati affuſione ſpiritus vini probe ad mentem Sorbait pr. med. p. 256. correcti atque à ſulphure ſuo arſenicali liberati gr. iij. cum conſ. roſar. aſcendendo quovis die à grano uno ad ℈ß. tertia jam die incæpit ſalivatio, decima à mercurialibus abſtinuit & bene inprimis 13. 14. die ſuccedente, imo large profluente ſalivatione 15. die dedit laxativum. Quamprimum collum dolore & gingivæ intumeſcere cæperunt, os decocto calidiuſculo gargariſare, idque quavis media hora per Syringam toto ſalivationis tempore iniici curavit. Materia enim quæ effluxit, fuit inſtar aquæ fortis acerrima. Pro ſiſtendo ulteriori & iam ſufficiente ſalivatione poſt purgationem veſperi dedit Theriacam cum fol auri, aqua ex rad. biſtort. ʒiij. fol. ſalv. roriſmar. myrtin. ana mj. fl. balauſt. ʒiß. cort. granat. ℥iß. alum. crud. ʒii. maſtich. ʒj. bull. in aq. plant. & fol. querc. ana qſ. colatur. add. Tinctura laccæ ℥j. os ſæpius gargariſare, linguam tumidam decocto rad. pimpinell. aqu. ſcabioſ. ſpir. theriacal. ſæpiſſime de die abluere iuſſit. Cibus toto hoc tempore fuit humidus, iuſ-

iuſcula conſummata, potus decoctum ex lignis ſecundarium. Obſervatis hac ratione obſervandis intumeſcentia linguæ, eroſio gingivarum ceſſavit & dentes omnes ſine ulla labe aut nigredine in alveolis ſuis remanſerunt. Poſt decoctis lignorum ſudoriferis ad 14 dies continuatis uti fecit, ne quicquam mercurii aut viſcidi, tenacis, acidi, concreti, impacti humoris in corpore remaneret. Sudoribus finitis per octiduum balneum aquæ dulcis ordinavit. Quibus abſolutis patiens acerbiſſimis & profundiſſimis ad deſperationem fere omnium doloribus afflicta non ſolum convaluit, ſed & appetitu ſomnoque redeunte ab omnibus etiam minimis doloribus libera pancratice vixit, vireſque deperditas brevi reſumpſit. Conf. Obſ. CLVI.

* **Eph. Dec. 3. An. 5. 6.**

Efficacia pinguedinis Viperinæ in variis oculorum morbis.

Dr. Wedelius de medic. comp. p. 209. 210 in amœnit. mat. med. p. 135. & de med. facult. p. 84. pinguedinem viperarum ponit inter Ophthalmica non ſolum tunicæ adnatæ ſed & corneæ, ſpecies viſibiles non intromittentis, obfuſcatæ, ulceratæ, vulneratæ, morbis dicata tanquam abſtergens acriuſculum. Demulcet acrimoniam, reſolvit, abſtergit, ſanguinem ſtagnantem reddit fluxilem,

lem, acidum corrigit, conſolidat, ut nil ſupra, vetuſtior magis diſcutit.

Dan. Ludovici in oculorum rubentium puſtulis profundiſque ulceribus & vulneribus maximi commendat, ſi bis vel ter guttula in die inſtilletur, eamque omnibus collyriis, ſief ac mixturis ex antimonio, infuſiſque ex venere & reliquis ophthalmicis præfert, ac pro ſingulari remedio habet. Thom. Bartholinus in actis Hafnienſ. ſuffuſioni valde utilem dicit, ſi ea oculi linantur.

Dolæus in Encyclop. chir. rat. p. 171. in unguiculis conducere aſſerit, imo inter palmaria remedia ponit, & in ipſa ſuffuſione balſamum ex pingued. viperina oculo illinendum ſuadet. vid. ibid. p. 174.

Hypopyon quod ſicut vulgo deſcribitur, magis inter corneæ lamellas enaſcitur, facile curandum vel ſola pingu. viper. ſtatuit Wedelius obſ. 183. ann. 2. decur. 2. p. 395.

Vid. Jüncken præſ. ſecul. accomm. p. 559. Bonet. Polyalth. tom. 1. p. 951. Plater. l. 2. obſ. 350. & tr. de viſus læſione p. 265.

Franciſcus Arioſtus refert ſe quendam 12. annos luce oculorum privum olei montis zibinii ſive petrolei agri mutinenſis frequenti immiſſione reſtituiſſe.

Roſinus Lentilius axungiam leporinam in oculorum pannis & leucomate ſæpiſſime

profuisse testatur. vid. Bonet. med. septentr. coll. p. 1. l. 1. c. 59. p. 257. Obs. CLVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Vinum medicatum in fœtu mortuo.

Dr. Jo. Michael Metius ad primiparam accersitus cum fætum iam 24. horas mortuum animadverteret, & periculum in mora diceret, vinum suasit pro 2 vicibus propinandum, cui incoqui iussit herbas seq.

℞. herb. puleg. rorismar. sabin. ana mj.
cinnam. ʒij. myrrh. ʒiij.

In cujus vini mensura circiter dimidia Saxonica fol. sabin. pulv. ʒi. & zingib. alb. gr. iv. exhibuit.

A cuius usu intra semihoram enixa est puerulum mortuum. Obs. CLXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

In febri malignissima petechiæ & delirium.

D. Starckius seq. pulv. alexipharmacum præscripsit:

℞. pulv. bez. Senn. alb. rad. scorz. Hisp.
contray. ana ℈ii.
Saxon. pannon. r. è chel. 69.
A. C. in gutt. ana ʒß.
spec. liberant. lap. bezoar.
bez. min. unic. foss. ana ℈ß. fol. ☉. no. iij.

S. kräfftiges Hertz- Fieber- und Kühl-Pulver, davon

davon alle 5 Stunden 2. Messerspitzen auff zweymahl.

℞. aq. scord. ulmar. card. ben. angelic. acetosell. ana ℥iß.
succ. citr. rec. expr. ℥ß.
syr. rub. id. acetos. citr. ana ʒvj.
spir. ⊕. dulc. ʒß. M. S. Wasser zum Pulver.

Pro siti sedanda seq. decoctum, quod simul ebullitioni & putredini imo & malignitati resistere aliquoties in praxi observavit, præscripsit:

℞. rad. scorz. Hisp. ℥ß. coq. in aq. simpl. col. ℥viij. add. aq. scord. card. ben. ros. à ℥j. cinnam. s. ʒiij. borrag. ℥ß.
syr. granat. ℥iv. rub. id. berber. ac. ℥ß. conf. alk. c. ℈ij. clyss. ♃n. gt. vij. m. f.

stärck- und kühlender Tranck, davon nach Belieben zu nehmen.

Interim iniunxit, ut adhuc singulis 5 horis pulvere pridie præscripto uteretur.

Quia eum invenit minus apte ad interrogata respondere, iudicavit delirium instare, & hinc primo clysterem emollientem ordinavit & postea iussit in cervice ægri vesicatorium statim applicari, post quod statim in pectore, collo & brachiis maculæ pulicum morsibus similes eruperunt, & æger melius habere cœpit, ut septimo die post pri-

pristinæ ferme fuerit restitutus sanitati. Observ. CLXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Tinctura sulphuris Willisii in tussi.

Willisius scribit in tussi quacunque, modo febris absit, nullum se præstantius nosse Tinctura 🜍ris sine empyreumate à gt. vj. ad x. in cochleari syr. viol. vel succo heder. terr. vesperi & primo mane data. vid. Pharmaceut. rat. sect. 1. c. 6. p. 167. D. Christ. Helwichius addit: Et revera laudes ipsi tributas perquam egregie sæpissime sustinuit, id tamen aliquoties observavit, quod sanguinis sputum in exigua quantitate in utroque sexu, ætate vegeta in non prædispositis eius usum sit consecutum. Obs. CXCV.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Cura vomitus cruenti enormis.

D. Elias Camerarius scribit ægrum diuturno remediorum usu restitutum, inter quæ recenset cum antispasmodicis & cordialibus bol. arm. corall. lap. hæmat. unic. foss. ichthycoll. cort. peruv. pulv. march. epilept. mirabil. m. extr. pap. err. tormentill. cordial. & bezoard. authoris, gelatin. ex ebor. & cc. quibus accesserunt iuscula herbis temperantibus atque adstringentibus alterata &c. exterius ligaturas, frictiones, empl.

empl. de tacamahaca, aceta naribus admota. Obſ. CCXIII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Balſamum Gilead in apnæa hyſterica trichiaſique chronica pertentatum.

Dr. Ægidius Euth. ad Dominam eiusmodi affectibus laborantem vocatus ſuaſit per epicraſin appropriatum eccoproticon, antihyſtericum in anatomia ſua umbilici decantatum, dein ſedulum balſami de Gilead uſum mane in potu Thée, à meridie in vino generoſo Canarienſi, veſperi in ovo ſorbili vel alio grato vehiculo à gutt. xx ad xxx, quandoque etiam in potu ordinario ſequenti modo:

℞. balſ. de Gilead. opt. ℥iß.
ſpir. nitri dulc. ʒiij.
eſſ. LL. ʒiß. m. d. in vitr.

Quo non poſtpoſito victus regimine exquiſito intra trium ſeptimanarum intervallum ad ſanitatem fuit perducta proſperam. Obſ. CCXIV.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Præſervatio à ſphacelo.

Dr. Ægidius Euth. in ſuſpectis inflammationibus, ligationibus, contumacibus, contuſionibus, gangræna, ſphacelo nondum confirmato, adminiſtratis ſimul analepti-

lepticis internis seq. euporiston Deo clementer benedicente, sæpe numero in praxi sua animadvertit probatissimum, quod B.L. bona fide detegit.

℞. herb. millefol. absinth. ana miß.
scord. salv. hyssop. rut. ana mj.
fl. ros. r. mij. sambuc. hyperic. ana mj.
myrrh. r. select. ʒvj. aloës succotr. ℥ß.
mastich. oliban. asæ fæt. ana ʒiij.
conc. contus. add. lithargyr. aur. ℥vj.
aq. calc. viv. ℔jv. ℥ix.
acet. opt. ℔j. ℥viij. coq. lento igne ad omnimodam lithargyrii dissolutionem, dein add. in fine coctionis colatur.

Spir. theriacal. camph. opt. ℥vij. D. in vitr. ritè munito S. besonderer Umschlag gegen den kalten Brand.

Singulis duabus vel quatuor horis parti imponatur affectæ cum linteis quadruplicatis, tam diu renovetur, donec omnis extractus fuerit æstus ægerque à malo sit perfunctus haud perfunctorie. Obs. CCXV.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Spiritus roris majalis comp.

Communicat hunc D. Euthius efficacitate atque suavitate odoris longe multumque superantem aquam Reginæ Hungariæ, Anhaltinam, & Caroli Quinti.

℞. spir. vin. rectificatiss. ℔iv.
roris maial. ℔ij.
mellis ℔ß.

ſem. coriandr. ſel. ℥ivß. aſæ dulc.opt.℥iij. n. m. ponderoſ.n.vij. caryophyll.el.n.ix. pomi citr. opt. n. ij. f.l. a. deſtillatio igne lentiſſimo. D. S. fürtreflicher Spiritus gegen die Unkräfften. Obſ. CCXVI.
* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Medicamenta in Epilepſia conducibilia.

D. Carolus Schrœderus ſeq. adducit:

℞. viſc. corylin. virid. ʒiß.
raſ. cornu Rhinoceros. ℈iv. ægagrop.ʒj.
ung. alc. ppt. ſterc. leon. exſicc. ana ℈ij.
cinn. antim. novies ſublimat.
ſuccin. ppt. ana ℈j. caſtor. el. gr. xi.
ſal. ſuccin. vol. gr. viij. m. f. pulv. D. ad

ſcat. S. ſonderliches Pulver wider die ſchwere Noth auf vielmahl.

℞. ol. ſcorp. lumbric. caſtor. ana ℥ß.
ſtill. ſuccin. alb. ℈i.
zedoar.cort.aur. origan.ana ℈ß.

M. d. ad vitr. S. äuſſerliches Oel.

℞. ol. deſtill. rut. origan. ſuccin. ana gt. x.
ſpir. ſalis armon. ʒiij. m. d. ad vitr. ſ.

Spiritus vor die Naſe zu halten.

℞. Eſſ. caſtor. ʒiij. elix. epilept. Croll. ʒij.
ſpir. ſal. armon. ʒiß. m. d. ad vitrum ſ.

ſonderliche Mixtur.

℞. auri fulmin. nitri antimoniat. ana gr. iij.
dent.

dent. equi marin. gr. iv. m. f. pulv.
D. in duplo ſ. zwey eröffnende Pulver.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Chorea ſ. viti in muliere.

Dr. Georg. Hannæus enema revellens ocyus data pauſa applicandum curavit, & ligaturam extremorum (quam tulit egregie) imperavit. Suaſiſſet phlebotomiam, ſed terrebat quovis momento novæ invaſionis metus, mox à ſuis medicamentis hanc mixturam balſamico confortantem paravit, quam per integrum octiduum quater cochleatim hauſit quotidie cum felici ſucceſſu:

℞. aq. vit. ſtomach. auth. elixir. citr. ana ʒvj.
Tinct. ſtiptic. auth. ʒij.
anod. ʒi.
ſpir. vitæ ʒß. m. d. in vitro.

His exhibis redierunt quidem paroxiſmi, ſed rariores & breviores. Poſt frictionem cum calidis linteis inungebantur dorſum, brachia, femora, & pedes ſæpius aqua Reginæ Hungariæ. Aderat continuus vomitus, contra quem nihil ſtomacho magis conducibile mixtura ſequente vel millies aſſumpta cochleatim.

℞. aq. vit. ſtomach. elix. citr. ana ℥iv.
ſyr. corall. r. Tinct. ſulph. vitriol.
Tinct. anod. liq. ſtiptic. ana ʒß. m.

Obſ. CCXXXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Oleo

Oleorum cc. & ℞r. fætidi extracta volatilia.

Præterquam quod aliorum horum uſus externus in empl. ſpleneticis, hyſtericis, traumaticis, bubonibus peſtilentialibus, morſibus venenatis aliiſque tumoribus malignis aut renitentibus ſit egregius; effectum tamen non minus ſalutarem horum oleorum extractum uſu etiam interno præſtare poteſt; quod ita paratur.

Nempe miſceat aliquis alterutrum horum oleorum ſale volatili prægnantium ſpiritu baccar. iuniperi aut baccar. aut flor. ſambuci aut ebuli per fermentationem parato, parum digerat, & dein diligenti conquaſſatione ſal volatile nigris olei atomis immerſum eluat, poſtea cum oleum verſus fundum receſſerit; liquorem ſalinum per manicam Hippocratis chartaceam aqua fl. tiliæ aut alia madidam ab oleo ſeparet. Effectus ſpiritum imitatur. Obſ. CCLI.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Vomitus gravidarum.

Dr. Weſtphalus laudanum hyſtericum aliquot vicibus circa tempus ſomni ad gr. v. vel vj. nunc in forma pilularum maceratarum nunc cum aqua cinnamomi cydoniata aut zedoariæ in liquidiorem formam ſolutam propinavit, ſic motus uteri

ac meſenterii ſpaſmodici abortus facile au-
thores ſedati ſunt, excepto vomitu, qui ta-
men cum Tinctura vitrioli Zwelferi mari-
tata cum dimidio eſſentiæ caſtorii & eſſ.
opii cum Tinctura tartari extracta, huius
ʒß. ad illarum ʒiij. ter quotidie propinatis
interpoſito electuario ex conſerva flor. tu-
nicæ. elect. diaſcord. Fr. corall. rubr. caryo-
phyll. n. m. & maſtich. atque cum ſyr. cin-
namom. cydoniat. ad decentem conſiſtentiam
redacto tandem conſopitus eſt.

Modum, quo laudanum hyſtericum con-
ficit, bona fide edocet.

℞. extr. opii cum aqua calc. par.
zedoar. vel calam. arom. ana ʒij.
flor. ♀ris (interdum etiam loco huius
cinnabar. antimonii)
caſtor. pulv. ana ʒij.
extr. croc. ʒß. ad ℈ij.

M. & redigantur ad conſiſt. pilularum, ma-
laxandum cum ol. deſt. ſuccini. Obſerv.
CCLXXXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Species elegantes in podagra & arthri-tide vaga ut & tuſſi.

Dr. Albrecht ſeq. ſpecies pro potu quoti-
diano calido loco infuſi herbæ Theæ
ſalutares admodum deprehendit:

℞. fol. tuſſilag. beton. chamædr. chamæp.
ana mj.

fl. bel-

fl. bellid. papav. rh. rof. rubr. ana mß.
rad. chin. non carioſ. ſarſapar. ana ℥iiß.
conſolid. maj. ʒvj. l. ſant. citr. ℥iij.
ſaſſafr. ℥j. ſem. aniſ. fœnic. ana ʒvj.
cc. raſp. ʒx. lumbr. terr. exſicc. ℥iß.
paſſ. maj. exac. ℥vj. præparata d. ad ch.
S. Species zu die warme Getrâncke.

Hoc potus genere per aliquot menſes, cum tali uſus eſt emolumento, ut fracta tuſſis violentia effœtæ morbo vires revixerint. Obſ. XXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Egregia reſolventia pectoralia in contuſione & caſu.

Statim vena fuit ſecta, & ſanguis ad octo fere uncias extractus. Externe vero partes contuſæ ubique fomentatæ decocto herb. beton. ſcord. meliſſ. ſcabioſ. chamomill. ſalv. agrimon. bacc. laur. juniper. in vino facto. Emplaſtrum diſcutiens dorſo applicatum, una cum fomentis ſuperimpoſitis. Linteis quoque fotui calefacto immenſis atque rurſus expreſſis inſperſus ſpiritus vini camphoratus, ſpiritu volatili lumbricorum terr. acuatus. Tandem D. Zwingerus accerſitus ſtatim ſeq. potionem diſcutientem ordinavit.

℞. aq. cardben. chærefol. ſcabioſ. ana ℥j.
pulv. c. caſ. ʒß. ♁. diaph. ʒß. rob. ſamb. ʒß.

m. f. potio quam una vice hausit. Præscripsit quoque species pro decocto vulnerario in media parte vini alb. & aquæ coquendas.

℞. rad. virg. aur. consolid. maj. ana ℥ij.
herb. sanic. pyrol. alchimill. ana mj.
sem. perfoliat. ℥ij. inc. & contus. d. ad ch. pro decocto, de quo m. ac v. 4 vel 5 hauriantur unciæ idque tepide.

Cumque æger debilis esset, deque continua pectoris anxietate, deque tussiendi conatu querelas moveret, seq. simul cochleatim sumpsit mixturam cardiacam.

℞. aq. fumar. cardiac. of. ana ℥iß.
syr. rub. id. iuiub. ana ʒiij. conf. alk. inc. ʒj
spirit. oleos. ℈j. ♁. diaph. cc. ph. ana ʒß.
m. d. ad vitr. Pro potu ordinario sitiens bibit decoctum agrimon. liquir. atque hordei.

Cum de agrypnia, tussi sicca, & pectoris doloribus conquereretur præter continuandum decocti traumatici atque mixturæ cardiacæ usum seq. ordinavit pulverem pectoralem demulcentem anodynum, diaphoreticum & expectorantem singulis bihoriis vel trihoriis dosi ℈ij. circiter assumendum.

℞. pulv. lichen. petr. ʒiij.
fol. veron. ʒiß. cc. ph.
diaphoret. jovial. ana ʒi. sem. pap. ana ℈ii.
sacch. cand. alb ʒvj. m. f. pulv. ad scat.
anxietate pectoris semper urgente seq. calostrum

ſtrum duabus doſibus noctu ſc. & ſequenti mane ſumpſit:

℞. axung. canin. ℥j. ſperm. cet. rec ℈ii.
eſſ. croc. ℈i. m. d. ad fictile.

Omnibus in pejus ruentibus ſeq. eclegma cardiaco-pectorale cochleatim ſumendum præſcripſit:

℞. aquæ veron. plant.
ſyr. de eryſemo L. bellid. min. ana ℥i.
conf. alk. inc. ℈ij. ſpir. ſal. armon. ℈i.
diaph. jov. oc. 69. ppt. ana ℈ß. m. d. ad v.

Electuarium confortans, pnevmonicum ægro magis arriſit in peius continuè ruenti & jam diarrhœa liberanti.

℞. conſ. bellid. min. beton. roſ. r. ana ℥ß.
rad. ſymphyt. cond. nuc. ind. cond. à ℥j.
conf. hyacinth. inc. ʒß. bol. arm. ppt.
unic. foſſ. ana ℈ii. antim. diaphoret. ℈j.
ſyr. papav. rh. qſ. m. f. elect. ad f. opiat.
de quo ſumatur ſæpe, qv. cuſpis largior cultri capit.

Herbæ præterea traumatico-pectorales una cum iuiubis & paſſulis maj. exacinatis in aq. per horam decoctæ fuerunt, ut inde m. ac v. cyathus ℥v. vel vj. calide biberetur. Obſ. CCLXXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Mercurius cum antimonio ex tempore præcipitatus.

Medicamentum haud inelegans eſt in aſcite.

aſcite, tunc tantum per inferiora purgans, cuius grana duo cum maſſa panis in pilulas redacta viginti diebus Bilgcrus Campidunenſis olim in aſcite eſt exhibere ſolitus, ſic paratur: Mercurio vivo in aqua forti ſoluto addatur antimonium pulveriſatum, ſic nanciſcimur butyri antimonii analogum ex tempore, quæ ſolutio cum aqua calida præcipitata ſtatim præbet mercurium vitæ, qua tamen inter tutiora & elegantiora emetica antimoniata carere poſſumus. Roſin. Lentil. in paralleliſmo ad obſ. XLVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Oleum liliorum convallium.

Si quis huius olei utique gratiſſimi & ſuaveolentiſſimi proventum deſideret, floſculos recentes, nec conquaſſatos (quod etiam de oleo roſarum valet) aut contritos, ſiquidem tunc opera luditur, una cum antheris, ſuperfuſe aquæ propriæ quadruplo per veſicam aut balneum deſtillet, nec eſt, quod de labore fruſtra inſumpto conqueratur. Ibid. in append. ad obſ. XCI. p. 117.

* Eph. Dec. 3. An. 5. 6.

Remedium confortans elegantiſſimum.

Iisdem quibus Chocolata virtutibus præditum ſeq. methodo à Roſ. Lentilio paratur.

℞. amyg-

℞. amygd. d. ambroſ. exc. ℔i.
pinear. mund. piſtac. rec. ana ℔ß.
cinnam. opt. ℥iß. caryoph. arom. ʒij.
mannæ el. ℥iv. ſacch. qs. f. confectio inſtar Chocoladæ, in quam ſi libet, umbræ moſchique tantillum prodigere queas.

Iſta confectio more Chocoladæ ex lacte cum vitello ovi hauſta præbet analepticum notæ haud adeo poſtremæ, addita quoque pro intentionis modulo alkermes confectione. Roſ. Lentil. l. c. ad obſ. XL. p. 103.

* Ephem. Dec. 3. An. 5.6.

Emplaſtrum in Podagra.

Vir quidam ſummus ſimul ac dolores prodromi futuram annunciant podagram, adhuc ceu ad aſylum confugit, & ex impoſitione dolores primo majores, mox tamen intumeſcente parte affecta illorum remiſſionem percipit. Compoſitio hæc eſt:

℞. ceræ flav. ℥xj. colophon. bdell. ana ℥ix.
ſuccin. citr. ℥iij. gum. ammoniac. in ac. ſol.
Terebinth. alb. ana ℥ij. galban. in acet. ſol.
ſandarac. ana ℥i. maſtich. thur. ana ℥ß.
M. f. l. a. Empl.

Suaſit quoque Lentilius prædicto viro doloribus arthriticis ſubito correpto, empl. veſicatorium ut apponeret ac dicto citius ceſſarunt dolores.

l. c. ad obſ. CXLI. in app. 150.

Plures Domini podagrici singulis mensisibus emulsionem laxativam Mynſ. sumunt, & se ita non solum à frequentioribus paroxismis, verum etiam à severioribus doloribus iuxta propria asserta immunes reddunt. Obſ. L.

* Eph. Dec. 3. An. 5.6.

Syrupus prophylacticus ad prolongandam vitam, & podagræ aliorumque morborum insultus arcendos mitigandosque experto.

℞. succ. herb. mercurialis rec. expr. & filtrati ℔viij. succ. borrag. buglosſ. rec. expresſ. ana ℔ij. mell. Narbonenſ. ℔ij. M. coq. ad ebull. unam spumam abstrahendo col. per manic. Hipp. reponatur in vitr. clauso. Postea

℞. rad. rec. gentian. ℥iv. ir. nostr. rec. ℥viij. incisis & mixtis invicem affund. alb. opt. ℔iij. pond. civil. stent per 24 hor. sæpe agitando col. dein sine expressione factam cum succo herbar. supradicto permisce & coq. leni igne ad syr. consistentiam probe despumando, quem in vitris probe minutis ad usum adserva.

D. Theodorus Zwingerus scribit ejus usum ab aliquo tempore apud diversos valetudinarios feliciter succedere, incolumitatem integram conservare, vertiginis, arthritidis, podagræve insultus, hemicranias periodi-

cas,

cas, cardialgias, dolorem iſchiaticum, phthiſin, hydropem, obſtructiones quaſcunque inflammatorias, alvi conſtipationes, pluresque alios morbos internos præcavere, ſæpiuſque ex voto curare, ut eſt expertus, inprimis quando in peculiaribus ejusmodi affectionibus ſimul ſpecifica quædam medicamina in uſum diligentem fuerunt tracta. Quemadmodum in paralyſi pulverem è rad. imperator. ariſtol. rot. ver. Ægagropila. cinnab. nat. opt. & ſale volatile quocunque concinnatum.

In phthiſi pulverem è rad. helen. ſymphyt. maj. herb. lichen. petr. veron. oc. 69. ppt. ſpecific. antihect. P. pulm. vulp. ppt. compoſitum.

In hydrope denique pulverem è milleped. pptis. diaph. martial. croc. mart. aperit. cort. median. ebuli vel ſamb. rad. aron. ppr. ſigill. ſalomon. lap. 69. ſale polychr. vel ononid. geniſt. contextum feliciſſimo cum ſucceſſu admiſcuit. Obſ. X.

* Ephem. Dec. 3. An. 7. 8.

Interna in fractura oſſium cruralium multiplici à Theodoro Zwingero præſcripta.

Præter uſum decocti vulnerarii quotidianum ad plures hebdomadas imo menſes continuandum ſimul præſcripſit blanda diaphoretica, una cum mixtura cardiaco-

diaphoretica atque antiſpaſmodica per cochlearia ſumenda, ſæpiuſque repetenda.

℞ Antim. diaph. oc. 69. ppt. raſ. ebor. ppt. ung. alc. ppt. ana ʒß. cinn. antim. opt. ℈j. m. f. pulv. in 6 doſ. æq. divid. & aliquoties repetendus.

℞. aq. borrag. fl. til. ulmar. ſcab. ana ℥iß ſyr. rub. id. ℥ij. conf. alk. inc. ʒiß. cc. ph. ppt. ʒi. bez. min. ʒß. M. & ſingulis horis aut bihoriis exhibentur cochleatim.

Decoctum Traumaticum pro uſu interno fuit ſequens:

℞. rad. caryophyllat. ℥i.
herb. virg. aur. c. flor. pyrol. ſanic. alchimill.
beton. card. ben. veronic. agrimon. à mj. inciſa probe invicem & in pulv. groſſum redacta D. ad ſcat. De hoc pulvere dein pug. duo ſumantur, atque vin. alb. veter. & aq. font. ana ℔iß. incoq. in vaſe probe clauſo aliquamdiu, poſtea de colato decocto m. & v. unciæ quatuor hauriantur.

Externe eædem herbæ una cum ſalv. majoran. abſ. ſcord. marrub. a. permixtæ vino albo ſemper incoquebantur pro fomentatione pedis. Pro potu ordinario conceſſit decoctum rad. filic. herb. agrimon. & paſſ. minor. Obſ. XI.

* Eph. Dec. 3. An. 7.8.

Ulcus

Ulcus antiquum in meatu urinario curatum.

Hisce ſequentibus uſus eſt medicamentis. Primo pilulas ſumpſit.

℞. extr. cath. ℈i. extr. rhab. gr. vj. ol. ſtill. ſuccin. qſ. m. f. pil. xj. deaurentur. Leviter purgatus.

Vena brachii dextri ſecta. curam ſudatoriam cœpit.

℞. raſ. l. ſ. ℥vij. cort. ejusd. ℥iij. rad. chin. ℥ii. aq. font. ℔xvj. M. ſtent. in infuſ. per horas 24 in loco tepido vaſe clauſo: poſt decoq: igne lento ad conſumpt. dimid. ſumpſit ℥v. ab initio aſcendendo ad ℥viij. circiter mane & copioſe ſudavit.

Potus ſequens fuit:

℞. reſiduum decocti præſcripti, paſſ. min. ℥iij rad. liquir. raſ. ℥ij. ſem. coriandr. ppt. ℥ß. aq. font. ℔xij. infuſa ſtent per horas 6. decoq. poſtea ad remanent. ℔xvj. aromatiſentur cinnam. ʒiij. D. pro potu ordinario.

Quoniam videbatur ægro paulo acrius, ſequenti diluebat.

℞. rad. chin. ʒii. gramin. ʒiß. paſſ. min. ʒvj. aq. fontan. qſ. m. f. decoctio ad ℔iv. aromatiſetur cinamomo.

Mane in diluculo jejunus hauſit:

℞. tereb. ℈ii. vitell. ov. ʒj. mellis ʒii.

Miſc.

Misc. probe in mortar. marmoreo add. vin. malv. ℥ß. aq. parietar. ℥j. m.
Obs. XIII.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Maniacus curatus.

Dr. Grübelius maniacum juvenem 18 septimanis mania atrocissima laborantem sequentibus curavit; & quia apud eum erat res angusta domi, furorem opiatis consopire studuit.

℞. syr. papav. err. ℥i. laud. op. gr. IV. m.

Externe verò seq. ung. applicare iussit:

℞. ung. somnifer. usitat. ℥iß. ol. pap. expr. ʒj. extr. op. gr. IV. m. f. l. a. ung. temporibus applicandum.

His incassum adhibitis ad vomitorium fuit transgressus.

℞. rad. asar. pulv. ʒi. mercur. vitæ gr. ii. M.

Quod suum præbuit officium, cui ad vires restaurandas hanc præscripsit potionem:

℞. aq. anagallid. lactuc. borrag. buglosſ. papav. err. ana ℥i.
magist. anod. gr. vij.
syr. flor. tunic. rub. id. papav. ana ℥ß.

M. hac usurpata ferocia illius fuit mitigata, cui syrupum præscripsit sequentem:

℞. extr. theriac. laud. op. ana gr. iij.
syr. papav. err. ℥iß. M.

Hoc duabus vicibus recepto paulo melius se habere visus fuit patiens, inde iisdem fere

fere remediis opiatis continuavit, quale seq. erat.

℞. aq. anagallid. lactuc. papav. err. ana ℥j.
extr. theriacal. gr. v. laud. op. gr. iij.
syr. papav. ℥i. M.

Hisce delirium, præmissa tamen v. s. prius, plurimum fuit sopitum, inde ad purgantia fecit progressum, inter quæ erat primum

℞. extr. helleb. nigr. gr. xv. resin. jal. gr. ij.
syr. ros. sol. ℥j. M.

Cui hanc die sequente præscripsit potionem alterantem.

℞. aq. fl. borrag. anagall. ana ℥ij.
syr. borrag. bugloss. ana ℥ß.
ros. solutiv. ℥iß. M.

Hac assumpta magis se sublevatum esse putabat, ut vero reliquias mali plane expelleret, seq. potionem præscripsit:

℞. aq. flor. hyperic. anagall. borrag.
bugloss. ana ℥ß. extr. hellebor. ℈j.
lap. lazul. ppt. ℈ß.
syr. viol. borrag. ana ℥ß. m.

Hisce adhibitis felicissime rediit ad se.

Hanc ergo veram eamque brevissimam maniacas curandi methodum esse, alio feliciter curato maniaco confirmat, cui fere eadem ordinavit medicamenta. vid. obs. XV.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Flatus furiosus lactis usu curatus.

Dr. Philip. Frauendorfferus hunc affectum ita appellat, quod per omnes corporis partes,

partes, meatus, cavitates imo venas atque arterias flatus cum impetu transeat, & dolores, vigilias, inquietudines, constipationem, inappetentiam, sitim &c. inducat (Nakir vocant.)

Medicamentis sive purgantibus, sive aperientibus, sive carminativis, sive stomachalibus, sive præcipitantibus, sive sudoriferis, sive refrigerantibus, sive denique cordialibus pro varia affectus facie præscriptis ne quidquam solatii afferentibus iudicavit fermentum quoddam acidum irrequietum per totum quodammodo corpus diffusum esse, quod forte lacte copiosius hausto concentrari, figi & præcipitari possit. Lac igitur bubulum coctum calide sumendum jussit, & ecce dictum factum. Assumpsit diebus septem continuis præscripto modo lac & quidem quotidie ad libras tres die vero octava medicamentum purgans, quo morbus nimium quantum imminutus est. Continuavit lac per alios septem dies & medicamen purgans subjecit, & sic etiam tertia vice, atque æger plane convaluit. Obs. XVII.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Medicamentum ad serpiginem euporiston.

Ad serpigines etiam rebelles & contumaces cito extirpandas imo unica inunctione

ctione delendas efficaciſſimum eſt linimentum ex Grulingio deſumptum quod

℞. gumm. tragacanth. in aq. plant. ſol. ℥j. alumin. Mercurii ſublimat. ana ʒj.

Quod multoties probavit, & nunquam non probatum reperit Dr. Fraundorfferus. Obſerv. XVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Paralyſis linguæ curata.

D. Samuel Sedelius ſequentia cum ſingulari utilitate ordinavit.

℞. ol. majoran. ʒß. ſuccin. ℈i. anthoſ. ℈ß. balſam. vitæ gt. v.

m. d. ſ. die Zunge anzuſtreichen.

Interne dedit liq. cc. ſuccin. Item ſal. volat. oleoſ. Sylv. Obſ. XCI.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Epilepſia horrenda & contumax in fœmina.

Applicata ſunt naribus fœtida, nempe ſpir. ſalis armon. tinct. caſtor. infundebatur ipſius ori elixir. uterin. Timæi, eſſ. caſtor. ſpir. ſal. armon. per vices nullo ſequente levamine & 20 gt. ol. ſuccin. in aq. ciconiæ & hyſterica. Clyſter infuſus maiores dedit inducias, dein exhibita ʒi. pulveris contra convulſiones Thoneri l. 2. obſ. 1. & obſ. 4.

℞. rad.

℞. rad. vincetox angelic. ana ʒi.
caryophillat. pœon. ſucciſ.
ſarſap. ana ʒij.
bacc. laur. ʒi. ſpec. diambr. diamoſch. à ʒß.
fl. anth. ſalv. ſerpill. ana gr. xv. m. f. pulv.
Secundo morbi die recepit ʒi. pulv. Riverii ex gentian. dictamni alb. tormentill. vid. Autor de Hyſterica paſſ. quem etiam probatum experientia refert in obſ. communicatis à D. Simon. Jacob obſ. 22. de hyſt. paſſ. Obſ. CIV.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Clavorum pedum certa cura.

℞. ſpir. vitriol. veneris, & illinantur clavi optime bis vel ter de die quoties opus. Poſt 12 horas impone ſeq. emplaſtrum.

℞. gumm. galban. ammon. ana ℥ß.
ſolv. in ſ. q. ſpir. vini & inſpiſſa adde
euphorb. ʒß. alum. uſt. gr. XLV.
virid. æris ℈iiiß. mercur. d. vulg. ʒi.
ol. euphorb. & ceræ ana qſ. m. f. empl.

poſt 12 horas removeri poteſt, & cultello clavus eximi, imo ſi magnus fuerit clavus, ſecunda vice repeti poteſt. Obſ. CVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Calculi renum comminutio.

Dr. Daniel Crügerus proponit medicamenta, quibus ſe à calculo liberatum ſcribit:

℞. bacc.

℞. bacc. alkek. ℥ij. contund. in mortar. affund. vini Francici & aquæ fragor. ana ℔i. contunde in mortar. ut arilli quaſi in pulverem abeant. Exprimantur. Adde Rob cynosbat. ſyr. fragar. ana ℥j. ſpir. ſalis gt.xxx. d. ſ. Steintranck, de quo ℥iv. vel v. mane & hora quinta pomeridiana hauſit, ſemper ſubtiliſſima arenula parva qv. prodeunte, & verum eſſe deprehendit , quod Zacutus Luſitanus dicit: Baccæ alkek. ita atterunt calculum, ut manibus colligi poſſit, verum ille nauſeabundus aliquando mutavit medicamentum & aſſumpſit pulverem ſequentem, quem Borrichius in Actis medicis proponit, & calculum revera eo ipſo contrivit.

℞. pulv. lap. lyncis , iudaic. xtall. foſſ.
ppt. oc. 69. ppt. à ʒi. divid. in IV partes. æq. ſ. 4 Stein pulver, cum aq. fragor.

Aliquando in uſum traxit ſolos oculos 69, quorum ʒj. cum aq. naſturtii è ſucco deſtillatæ ℥iiß. exhauſit & quidem cum fructu. Wirſingius & Grulingius multos eius uſu à calculo eiusque doloribus eſſe liberatos teſtantur. Singulis diebus hora una ante prandium ſeq. iuſculum efficaciſſimum inſtar Thée ebibit.

℞ herb. chærefol. petroſ. aniſ. paſſ. ana mj. coq. in aqua. Colaturæ calidiſſimæ add. vitell. ovi, de hoc ſorpſit ℥viij. etiamſi urina ſanguine tincta eſſet. Seq. quoque potum

ſemel probare voluit & effectus non fuit inanis.

℞. pimpinell. bardan. ana ℥ij.
herb. hed. terr. herniar. chærefolii
beton. ana mj.
cicer. rubr. ℥iij. ſem. aniſ. ℥ß.
rad. glycirrh. ʒvj. bacc. juniper. ℥iij.
coq. in aq. ℔vi. colat. ℔iij.

de qua ſumantur ℥iv. Hæc ſunt quæ cum fructu uſurpavit & aliis ſuis confratribus ſincere commendat. Comminuto & excreto hoc ſuo calculo neque ſabulum, neque urinam ſanguine tinctam ulterius conſpexit. Obſ. CXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Singulare faſcinum.

Dr. Samuel Ledelius Conſultus dedit amuletum, & ordinavit fumum in hocce caſu celebrem, juſſit quoque ut ſecum portaret aſam fætidam unde aliquid levaminis ſe ſentire patiens affirmabat. Medicamenta hæc fuerunt, quibus per aliquot dies adhibitis omnia ſymptomata evanuere.

℞. herb. & ſem. antirrhin. ʒij.
fl. aquileg. hyperic. capill. veneris
herb. paridiſ. ana p. ij.
ſem. aquileg. hyperic. ana ʒi.
granor. Paridis. vi.
mercur. viv. in nuc. avellan. incl. ʒii. Mixta

indantur ſacculo zum anhencken.

Suffu-

Suffumigium instituebatur cum succin.as. fæt. levistic. fl. hyperici & origano. Obs. CXXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Singultus in febribus malignis.

D. Samuel Ledelius dabat bez. mineralis quod semel datum olim statim singultum stiterat, sed hic erat inane. Dabat species Ephemeridibus insertas & in hoc passu celebres, inutili itidem conatu. Tandem porrexit theriacam cœlestem cum lapide bezoar. orient. & singultus remittebat, redibat tamen, ideo altera vice hoc exhibebat medicamentum, singultu penitus deficiente, febre remittente & sanitate redeunte. Obs. CXXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Abortus feliciter inhibitus.

Dr. Samuel Anhornius præscripta conveniente diæta alvum, ni quotidie fecerit officium, alternis diebus clysmate ex lacte & butyro rec. & si tormina flatulenta adfuerint, cum decocto fl. chamom. & ol. oliv. parato, nunquam non cum euphoria subduci fecit.

Dein singula sexta matutina & vespertina quinta ad usque quinti mensis initium corall. rubr. contus. non præparat. ℈i. cum aq. fl. til. assumpsit.

Dum febricula urgeret, veſpertina tertia corall. r. contuſ. ℈j. cort. chin. chin. ℈ß. flor. ſalis armon. gr. iij. hauſit, ac probe ſtragulis cooperta ad lenem uſque madorem frigoris inſultum arcebat.

Inſultus hyſterici dum ſe quandoque proderent, ante prandium & cœnam eſſ. caſtor. cum ſpir. ſalis arm. paratæ gt. x. ex hauſtulo potus ordinarii exhibuit.

Circa ſecundi menſis finem ſanguis ex ſiniſtræ mediana ad ℥iij. detractus eſt. Emplaſtrum ſantalinum lumbis impoſitum continuo geſtabat, omnibus ſymptomatibus obviam itum ſeq. mixtura appropriata cochleatim propinata, juſculo mox deſuper calide hauſto.

℞. aq. meliſſ. menth. ana ℥j. fl. til. ℥ii. eſſ. antihyſt. ʒß. conf. de hyac. ℈ii. ther. cœl. gr. iij. m. Confer. Obſerv. CXXXIII.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Topicum paregoricum euporiſtum in ulceroſa phlegmone auris.

Cum ad ſuppurationem tendere phlegmonem D. Dillenius colligeret, ad maturandum apoſtema doloremque ſimul mitigandum cataplaſma euporiſton ex medulla panis alb. rad. alth. lil. alb. caricis, fl. chamom. melilot. ſamb. ſem. lini & fænugr. in lacte dulci coctis, & admixto ſub finem coctionis

ctionis croci opiique momento confici curavit, ægroque ut illud veſicæ bubulæ inditum auri dolenti calide ſupponeret, auctor fuit, ex quo illico levamen ſentiit. Obſ. CLXVII.

* Eph. Dec. 3, An. 7. 8.

Medicamenta in hydrope tympanite.

Dr. Theophilus Budæus varii generis remedia aperitiva, martialia, tartarea, antiſcorbutica, purgantia & ſudoriſera, carminativa interna & externa ordinavit: v.gr. Tinctur. mart. cydoniat. cum ſpir. tartar. cochlear per fermentat. carminativ. de tribus, item Sylv. eſſ. carminat. ſal vol. oleoſum ſtomach. elix. viſcerale. elix. propr. rhabarb. alcal. Item ſal viſcerale auth. antimon. diaph. martiale, cum ebore ſ. igne, lap. 69. ppt. arc. duplicat. & ſalibus plantarum, interpoſitis laxativis rhabarbarinis, ex quorum uſu per aliquot tempus continuato B. D. melius ſe habere cœpit. Etiam aq. Reginæ Hung. 3. vel 4. cochlear. ſingulis diebus interne ſumpſit, eoque externe totam abdominis regionem aliquoties inunxit. Obſ. CLXXIII.

* Eph. Dec. 3. An. 6. 7.

Hæmorrhagia largior, è cavitate dentis maxillaris.

Dr. Jo. Georg. Hogerus conſultus pri-

 mum

mum aquam frigidam, dein acetum in oris affecta parte detinere jussit, utrumque sine successu sperato sanguine floridissimo constanter effluenti, denique linimentum ex tinct. terræ catechu ess. traumaticæ ℈i. ess. anod. ℈j. cum bombace applicare suasit, quo sæpius iterato tandem cessavit inconsulta talis hæmorrhagia. Obs. CLXXXI.

* Eph. Dec. 3 An. 7. 8.

Lochiorum sive sanguinis immodici profluvii remedium domesticum probatissimum.

Singulis & omnibus absque successu sperato adhibitis non nemo suffimigium simplicissimum crebrioribus vero experimentis pro compescendo talismodi fluxu probatissimum suggerit.

℞. Segetis secalinæ recentis, summitat. arb. betulæ ana miij. pulveris. grosso modo pro suffumigio ter iterando.

Admiratione profecto dignum est tale remedium dictum factum profuisse constanti cum eventu. Obs. CLXXXII.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Oleum solis ad cancrum.

Hoc oleo parisiis cancer exulceratus item ulcera gallica aliquoties curata sunt citante Digby in experimentis selectis chymicis germanice in 8vo editis Hamburgi.

℞. Spi-

℞. Spiritus ſalis part. ij. ſpir. nitri part. 1. ſolv. in illis aurum, humiditatem lente deſtilla in Mariæ balneo, uſque dum aurum inſtar ſalis remaneat, deinde aëri expoſitum in liquorem ſolvatur, deſtilletur & ſolvatur novo menſtruo ſæpius, dum non amplius in forma talis ſed olei ſeu liquoris conſiſtat.

In hoc liquore tingatur penna, & cancer circa labra ulceris illinatur, quo Monſieur Belieur aliquot cancros deſperatos ab aliis chymicis derelictos intra 15. dies ſanavit. Dan. Crügerus de auro potab. in app. p. 42.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Raucedinis remedium.

Meretur ſyrupus de eryſimo Lobelii laudem in tollenda raucedine, quam author expertus illi tribuit, efficaciſſimum enim quam ſæpiſſime deprehendi, maxime ſi calidam ſuperbibant ægroti, verum ſi fateri velim, quod experientia docuit, illo efficaciores ſunt trochiſci, quas Platerus in obſervationibus ſuis ſequentem in modum deſcribit.

℞. myrrh. thuris, ſacch. cand. ana cum mucilag. tragacanthi parentur trochiſci. D. Dethardingius in parallelismo in append. pag. 76.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Sudor ſanguinolentus.

Hunc à nimio ſpirituoſorum ac volatilium uſu obſervavit Deckerus exerc. circa Meth. med. p. 627. qui non niſi longa manu curatus eſt ſequentibus præcipue medicamentis.

℞ aq. plantag. portulac. ana ℥iß.
cinnam. ʒvj. acet. ℥ß.
corall. r. ppt. ʒj. conf. de hyac. ʒiß.
laud. op. gr. ij. ſyr. de portulac. ʒvj. m.

& electuario

℞. conf. roſ. r. ℥iß. miv. cydon. ℥j.
conf. de hyac. ʒj. corall. r. ppt. ʒiß.
lap. prunell. ʒj. ſacch. ſaturn. ℈j.
ſyr. d. portulac. qſ. M.

Roſ. Lentil. in Parallelismo in append. p. 124.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Vehemens narium hæmorrhagia.

Roſinus Lentilius in hæmorrhagia narium cum libræ circiter ſanguinis profluxiſſent, primo dedit aſtringentia leniora intus. His vero nil efficientibus ad vehementiora, ad pilulas Wildeganſianas, ad laudanum ſe accinxit, monetam maiorem aquæ frigidiſſimæ aliquamdiu iniectam radici naſi alligavit, impoſito ſimul epithemate ex bolo, gypſo, albumine ovi, rubrica fabrili & acero, naribus inſufflavit pulverem ex alumine & laca pictoria; paravit

turun-

turundas ex alumine rupeo, quas atramento ſcriptorio madefactas in pulvere ſupradicto volutabat. Hæ naribus intruſæ id efficiebant, ut ſanguis per fauciumiſthmum ſcaturiret, idem erat effectus turundarum ex emplaſtro Diachylo. Curavit ut ſanguis ſtillaret ſuper ferrum candens: ligabantur extrema ſerico rubro: vola premebat lapidem hæmatitem collo lintea aqua frigidiſſima imbuta circumvolvebantur. Denique & venam bis incidit. Atque ſic ultra novem ſanguinis libræ ſucceſſive deperditæ. Unicum erat auxilium in tinctura roſarum à Screta commendata, unde ſanguinis rivi ſubſtiterunt. Idem in aliis quoque tentatum ſucceſſit, & forte ſuccedet, ubi ſanguinis ebullitionem nimiam ſedare ejusque fervorem temperare neceſſe eſt. Aſtringentia raro proſunt, etiam in ea, quæ non à fervore ſanguinis fovetur hæmorrhagia, ſed à ſuppreſſione evacuationis alicujus conſuetæ, aut viſceris cuiusdam obſtructione. Aperientia ſunt his longe meliora, & crocus chalybis aperiens præ adſtringente eligendus. In append. ad obſ. XC. p. 133.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Pterigion ſeu unguis oculorum.

D. Chriſtianus Helwigius ſcribit cum ſucceſſu noviſſe in diverſis ſubiectis profuiſſe illud Joelis.

℞. æruginis ʒiß. æris usti ʒiij. auripigment. rubei
salis nitri ana ʒß. sal armon. ℈j.
gumm. ammon. in succo rutæ sol. ʒj.
Reliquis omnibus tenuissime pulv, commisceantur & c. sq. succi chelidon. f. collyrium, quod oculorum angulis singulis diebus bis inungatur.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

In suffusione oculorum.

Hoc D. Michaël suadet:

℞. aq. chelidon. ℥j. vitriol. alb. tut. ppt. à ℈ß. sacch. cand. ʒß. vitri antimonii tenuissime pulv. gr. vj.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

In debilitate oculorum hanc formulam præscribit.

℞. aq. maioran. euphrag. chelidon. fænic. rutæ ana ℥j.
tut. ppt. ʒj. camphor. gr. iij. margarit. ppt. gr. vi. M.

* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

In Ophthalmia.

Apud Jüncken part. 2. sect. 1. c. 8. medici præs. seculo accomod. p. 558.

℞. butyr. rec. aq. rosar. opt. lot. ℥j.
tut. ppt. ℈j. vitriol. alb. gr. xx.

sacch.

ſacch. ſaturn. gr. xv. camphor. ʒij.
ſacch. cand. ℈i. m. f. ung.
ſchediaſm. de ære in app. p. 174.
* Eph. Dec. 3. An. 7. 8.

Febris quartana curata infallibili remedio.

Dr. Jo. Baptiſta Werloſching plures quartana laborantes ſic reſtituit:
℞. ſalis abſ. cent. min. card. ben.
tartar. vitriolat. ana gr. viij. lap. 69. gr. xv
Hunc pulverem aliquoties ante quarti, vel quinti paroxiſmi inſultum dedit. Dein
℞. chin. chin. vel rad. gentian.
theriac. Andr. ana ʒx. oc. 69. ppt. ʒij.
eboris ʒiij. f. c. ſ. q. ſyr. de abſ. electuar.
Divid. in X part. æq. ſex doſes una hora ante paroxiſmum ſucceſſive dandæ, reliquæ vero quatuor ſervata 10 diebus quiete ſumendæ, & cedet febris certiſſime, nec amplius recidiva metuetur.

In ſcholio addit: Quid non radix Gentianæ in his & ſimilibus affectibus præſtat. Habet, de quo glorietur Germania, china chinam chinenſibus relinquendo. Obſerv. XXIII.
* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Hydrops anaſarca curatus.

Suaſit D. Verloſching viro, qui vix ob abdominis, ſcroti & pedum tumorem incedo-

cedebat, ut radices gentianæ in taleolas ſciſſas cum aliquibus granis juniperinis ſuper ignitam tegulam proiiceret, & pallio vel linteamine tectus fumum corpore exciperet, ac crebrius tegulam aceto aſpergeret, qui huius per paucos dies continuato uſu detumuit & ſanus factus. Huic non abſimilem, niſi quod loco rad. gentianæ accipiat rad. ebuli, modum tradit Jonſtonus in ſyntagm. med. p. 960. hæc eadem cura ipſum ex faucibus mortis eripuit, dum ex quartana febri imperite tractata in totius corporis tumorem incidiſſet. Obſ. XXIV.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Febris petechialis curata.

Ad maritum & uxorem reſpiratione difficili, pectoris anguſtia, & inquietudine ſumma affectos & maculis plus lividis quam rubris ſtipatos D. Werloſching vocatus præmiſſo enemate potiunculam D. Sorbait, quam in ſua praxi fol. 316. mille manibus laudat, propinavit:

℞. decoct. rad. vincetox. & leviſt. cum fol. galeg. manip. ſact. ℥iiß.
ſyr. de ſcord. ʒß. el. diaſc. Frac. ʒij.
pulv. pannon. rubr. ℈j. m. f. potus.

Hanc primis duobus diebus m. & v. iterare juſſit, & citra omnem humanam ſpem convaluerunt. Obſ. XXVI.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Aſtri-

Aſtrictio alvi contumaciſſima curata.

Dr. Verloſching curavit fieri ex butyro rec. quod nunquam in aquam devenit & aliquot vivis cancris conquaſſatis unguentum. Quo inunxit umbilici regionem, & ſuper totum abdomen in lacte vaccino coctum manipulum filorum appoſuit, inque horæ ſpacio quater repetiit, ſic alvus ſoluta eſt. Hoc ipſemet remedio & alium 11 diebus conſtipatum feliciſſime reſtituit. Obſ. XXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Uſus olei majoranæ inſignis in Epilepſia.

Oleum majoranæ externe adhibitum optime profuit in invaſione epileptica. Ordinabat D.Samuel Ledelius, ut vertici, nuchæ, temporibus & naſo illineretur, dictum factum convulſiones ſtatim evanuerunt. Optimum eſt medicamentum grati odoris, & penetrans, ſpiritibusque gratum. In convulſionibus, epilepſia, apoplexia, deliquiis animi, non ſemel proficuum repertum. Obſ. XXXII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Uteri ſpaſmus.

Dr. Jo. Chriſtianus Mentzelius prævio clyſtere ſeq. mixturam interne ſumen-

dam

dam ordinavit. De qua ſingulis tribus horis 50 guttas in quocunque vehiculo quædam fœmina ſumere debebat.

℞. ſpir. antiepilept. ℥iij. eſſ. anod. ℥j.

bis tantum ſumpſerat de hac mixtura ægra, & ſummum levamen ſentiit & ſequenti nocte optime dormiit. Altero die rediere dolores, & continuationem antedictæ mixturæ per totum diem ſuaſit. Noctu ſub ingreſſu lecti dabat theriac cœl. gr. iij. quibus per tres noctes continuatis dolores ceſſarunt, remanente ſaltem pondere in hypogaſtrio cum murmuribus & rugitibus inteſtinorum, à quibus etiam plane liberabatur & in integrum reſtituebatur, poſtquam per aliquot dies de ſeq. mixtura bis aut ter in die 60 gt. aſſumpſerat.

℞. ſpir. carminat. Sylv. ℥ij.
eſſ. caſtor. cort. aurant. zedoar.
anod. ana ℥j. m. d. ad vitr.

Obſ. XXXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Pilulæ præſervativæ febris quartanæ recidivantis.

℞. extr. gentian. abſ. theriac. ana ℈ij.
diaphor. martial. ℨß. arc. duplic. ℈j.
myrrh. ℨß. ol. caryophyll. gt. v. m. cum
tinct. cort. peruv. qſ. f. pil. gran. pond.

de quibus per integrum octiduum quotidie ſuman-

ſumantur no. 15. poſtmodum vero illis tantum diebus quibus paroxiſmi alias redire conſueverunt. Obſ. LII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Hæmorrhagia uterina cum fluore ſanioſo.

Dr. Jo. Mauritius Hofmannus ad acrimoniam & diſcraſiam fluidorum corrigendam per metrenchyten injectiones fieri curabat ex detergentibus in vaginam uterinam, ſcil. aqua hordei cum melle roſaceo, poſtea ex adſtringentibus & conſolidantibus: Decocto rad. nymph. alth. herb. ſcord. plantag. linar. fl. roſ. r. ſem. agni c. thure cum vino rubello ſtiptico parato.

Suffitus dehinc inſtituebatur ex thure, ſuccino, maſtich. benz. & ſtorac. cal. quorum continuato uſu paulatim fluor uterinus imminuebatur.

Sed accedente ſuperiorum artuum atrophia, pedum tumore œdematoſo, & abdominis in tumorem flatu lentum elatione conjuncta aliorum Medicorum conſultatione propinatum quotidie infuſum trifolii fibrini & ſcobis ligni ſaſſafras cum ſem. fœniculi indici ſtellati. Per intervalla etiam exhibita eſſ. vincetox. nec martialium uſus neglectus. Eſſ. balſ. peruviani ut & opobalſamum verum languentem ſtomachum ſubinde reſtaurabat. Adhæc balnea ex aromaticis,

ticis, carminativis & antiſcorbuticis tempe-ratis concinnata tenſivum abdominis dolo-rem ex voto, ſed diarrhœa colliquativa ino-pinato ægram perilluſtrem corripuit, & fu-neſtum attulit eventum. Obſ. LIX.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Fulmine tacti curatio.

Dr. Alphonſus Kohnius ſtatim exhibuit aliquot cochlearia aq. cord. temperat. Auguſt. cum aq. perlar. & ceraſor. mixtæ additis oc. 69. ppt. & ceruſſ. antimonii ex regulo parat. ex quo melius ſe habebat. Potus erat decoct. cc. cum ſyrupis confortantibus, ubi ſingulo hauſtui guttæ aliquot liquoris nitri fixi admiſcebantur. Sub noctem emulſio ex ſem. 4. frig. major. papav. alb. citr. & card. ben. admixtis bezoardicis levamen attulit. Poſtea per aliquot ſeptimanas quotidie aliquid ſeq. pulveris cum magna alleviatione aſſumpſit.

℞. cc. phil. ppt. pulv. rub. pannonic.
antimon. diaphor. ex reg. ana ʒj.
cinnab. antimon. opt. ppt. ℈ij. m. f. pulv.

Partibus læſis unguentum ad ambuſta probatum ex lithargyr. ceruſſ. ſucco ſolani, ol. roſar. &c. fuit applicatum. Obſ. LXXX.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Cranii

Cranii depreſſio per cataplaſma ex herbis aromaticis curata.

Depreſſio Cranii in bregmate ſiniſtro, in peripheria inſtar imperialis ex percuſſione cum calico in adoleſcente 15 annorum, unde ſymptomata graviora delirium, vomitus, febris orta, ſtatim in principio per ſequens cataplaſma à D. Jo.Caſparo Grimmio ordinatum ſublata. Conſtitit ex herba roſmar. origano, baſilic. abſ. ſalv. ſerpill. & cent. minori, quibus in vino coctis calide continua ſerie applicatis intra triduum felici cum ſucceſſu evanuit depreſſio. Obſ. LXXXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Suppreſſio urinæ à calculo poſt ſextam diem ſoluta.

Per decoctum ſequens:

℞. rad. v. aperient. ℥ß. alth. ʒiij. liquir. ʒij.
ſem. malv. alth. alkek. ana ʒij. viol. ʒj.
cicer. rubr. ℥ß. ſebeſt. fic. ana no. vij.
hord. integr. mß. lumbric. terr. ʒij. M.

Inciſa & contuſa coq. in aq. font. miß. de quo ſingulis bihoriis hauſtus ℥ij. ſumptus. Cum eodem mane vix bis aſſumpſiſſet, poſt meridiem ℥ß. urinæ mucoſæ ſolvit, & uſu continuato majorem lapillum gr.v. cum magna urinæ quantitate excrevit. Obſ. XC.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Tympanites feliciter curata.

D. Hottingerus diureticorum carminativis mixtorum continuationem suasit.

Fotus externe ex sem. cumin. sterc. caprill. farin. fabar. cinerib. sarment. in vino & aqua coctos calide ac sæpissime applicari mandavit, mirum quantum intra quatriduum monstrosæ intumescentiæ abdominis & scroti detumuerint, præputium fere solum ad ultimum usque rebelle permansit, quod ung. altheæ cum bals. sulphuris & oleo cumini illitum ac debellatum est. Ita ut intra 14 dies pristinæ fuerit sanitati ex integro restitutus. Obs. XCVIII.

* Eph. Dec. 3, An. 9. 10.

Icterus febri petechiali superveniens.

D. Rombergius electuarium ex conserv. rosar. abs. cent. min. antimon. diaph. croc. mart. aperit. rhabarb. flor. armon. sal. absinth. ordinavit. Ex cuius usu die septimo respiratio libera erat, colorque cutis non tam intense flavebat. Obs. CVII.

* Eph. Dec. 3, An. 9. 10.

Tremor totius corporis insignis.

D. Samuel Ledelius unguentum præscripsit:

℞. ung. nervin. August. ℥ij.
axung. castor. ℈ij. ol. succin. dest. gt. viij.
laurini gt. vij. majoran. gt. vj. M. d. s.

Sälb

Sälblein zum Rückgrad, Nacken, Wirbel, Schläffe und unter die Nase lau anzuschmieren. Quo malum de hora in horam remittebat & denique D. B. plenarie intermittebat. Obs. CXV.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Hæmorrhagia vesicæ.

Dr. Christianus Helwigius suasit venis ani hirudines applicare, decocto equiseti mane in infuso uti, succum urticæ ter in die jusculis variis admiscere, in decocto equiseti ℈i. pulveris nitrosi capere, quorum usu etiam hæmorrhagia per octo dies sedari visa est.

D. Vehrius, Professor Francofurtensis ad Oderam, à translatione sanguinis ad vesicam vel renes affectum deducens nulla calculi habita ratione species diathee præscripsit:

℞. herb. agrimon. betonic. veronic.
 costi ana mj.
 rad. caryophyllat. liquir. ras. ana ℥ß.
incis. incid. m. f. species Kräuter zum Thée, in infuso hoc aut cerev. calida voluit mane & singulis tribus horis capi 50 vel 60 guttas ex sequenti mixtura.

℞. bals. traumatici auth. ℥ß. ess. agrimon. ʒij.
 mumiæ catech. ana ʒi. M.
unguentum regioni renum illini voluit:

℞. ung. comitiss. ʒi. ol. myrtin. ʒi. M.

 In

In impetuosiori sanguinis fluxu quavis dimidia hora iussit ægrum cochlear haurire huius potiunculæ:

℞. aq. plant. ℥iiß. fol. tenell. querc. ℥iß.
cinnam. s. v. ℥ß.
corall. r. ppt. ℈i. sang. drac. veri ind. ppt.
oc. 69. ppt. antim. diaph. martial. ana ℈ß.
laud. de tribus gr. iij. vel ij.
syr. myrtin. de symphyt. Fern. ana ℥ß.

m. d. s. Mixtur wohl umgerührt zugebrauchen.

D. Menzelius author fuit, ut æger malo huic opponeret seq. remedia.

℞. herb. agrimon. alchimill. millefol. à mj.
flor. hyperic. p. ij. balaust. ʒj.
musci prunor. sylv. mß.
rad. consol. maj. plantag. tormentill. à ℥ß.
sem. hyperic. plantag. ana ʒij. M. coq. in aq. simpl. ℔jv. ad 3tiæ partis consumpt.
col. add. syr. de symphyt. Fern. ℥iij. m.

2. ℞. troch. alkek. c. op. ℈j.
terr. sigill. strig. ℈ß. ther. cœl. gr. 1.
m. f. p. vesperi accipiendus.

3. ℞. ungt. comitiss. ʒj. croc. mart. adstring. ʒij
ol. myrtill. qs. m. f. linim. pro usu externo.

Sed dolor inflammatorius in collo vesicæ, qui sine dubio in gangrænam abiit, nullis pharmacis placari voluit. Obs. CXIX.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Ozæna

Ozæna ſalivatione Mercuriali ſublata.

Dr. Daniel Nebelius mox adhibuit decocta lignorum cum tinctura antimonii tartariſata, &

pilulas ex gumm. ammoniaco, myrrha, ſale vol. viper. & cinnab. nat.

Quibus ſudor per plures ſeptimanas prolectus, interpoſitis ſæpe purgantibus mercurialibus.

Tum externa detergentia & mundificantia naribus per ſiphonem & cum turundis penicillisque immiſſa ex aqua plantag. tut. ppta. myrrha & ſacch. ſaturni. Item aqua calcis vivæ, cui radices ariſtoloch. rot. ſummit. centaur. minor. fol. ſabinæ & myrrha incocta, tandemque tinctura euphorbii cum ſpir. vini parata. Quibus duo fruſtula oſſei narium diſſepimenti ſeparata. Qua conſolidata tandem linimento ex balſ. peruv. & copaiv. terra vitriol. dulc. ſarcacoll. mercur. præcipitato rubr. & melle roſaceo, præmiſſo uſu externo aquæ phagadænicæ, ſed cum omnia fruſtranea eſſent in uſum vocata, ad ipſam inunctionem Mercurialem deventum, qua debite inſtituta primo diarrhœa (diaſcordii ope ſublata) dein largus ſalivæ fluxus, & ægris ſanitas ſecuta ſunt. Obſ. CXXIII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Tumor Cruris & femoris.

Dr. Daniel Nebelius ſuaſit ut lixivium forte ex cineribus ligni fraxini cum ſemine

finapi coctum calide inftar epithematis cum linteis cruri applicetur, & elixir aperitivum Clauderi tinctura tartari mixtum in decocto lignorum m. atque v. guttatim affumatur, noctu vero pulv. cord. pretiofus cum arcano duplicato exhibeatur, quibus tumor in fuperiore femoris parte nonnihil imminutus & dolor ad levem cruris motum ardens & lancinans mitigatus fuit.

Cum vero tumor circa & fupra genu major durior, & rubicundior videretur, majoremque dolorem inferret, qualem etiam paulo poft livefcentia & duriufcula vulneris labia excitabant, admoto elixirio balfamico Junkeri cum tinct. anodyna & applicato cataplafmate ex radice barbæ caprinæ, herb. fcord. abf. agrimon. fl. chamomill. fambuc. farin. fabar. myrrha, atque aloe vino incoctis exhibitisque diaphoreticis ad priftinum colorem & mollitiem redierunt, ceffante dolore. Totum crus fpiritu vini camphorato & crocato ob inflammationis notas fotum. Hac vero mox difcuffa fpiritu falis armoniaci aromatico circumlitum eft. Interne præmiffo purgante leni liquor aperitivus Wepferi fequens cum fubjunctis pilulis refolventibus in ufum vocatus.

℞. limat. mart. puri ℥ij. affund.
fpir. falis arm. urinof. ℥iij.
falis dulc. ℥j.
falis abfinth. ʒij. falis tartar. ʒj.

Poft-

Poſtquam deferbuerint bene tecta in locum temperatum reponantur & ſubinde agitentur, tandemque poſt 48 horas liquor ſupernatans decantetur & per ch. emporeticam filtretur.

Huius liquor. aperitivi ℥ij. & deinceps aquæ fragar. & petroſelin. ſingularum ℥iij. diluebantur, & huius mixturæ cochlear unum m. atque v. cum hauſtu iuſculi carnis inſulſi ac tenuis quotidie aſſumebantur, poſtquam decem pil. ſequentium cum pauxillo ſyrup. pap. errat. vel violar. fuerunt deglutitæ.

℞. diaphoret. martial. ℨij. lap. 69. ppt.
millep. ppt. ana ℨi. flor. ſalis arm. cum hæmat. ſublimat. ℈i.
ſal. vol. lumbr. terr.
cinnab. nat. ppt. à ℨß. extr. trifol. fibr. ℨij.
ol. tereb gt. iv. m. f. c. elixir. aperit. Claud.
pil. no. 260. conſperg. pulv. glycirh.

His medicamentis per integrum menſem aſſumptis tumor œdematoſus totius tibiæ diſcuſſus & magis emollitus, ſeroque multo ex ſubortis in femore puſtulis indies effluente valde diminutus tandem penitus diſparuit.

Tum ex conſilio D. Gmelini & Herlini Ducis Wurtenbergici archiatrorum eſſentia mumiæ & fuliginis Claud. mane, veſperi & noctu aſſumpta & in prandio ſal vol. oleoſ. Sylv. exhibitum, uſusque pilularum ſeri-

ducarum ex maſſ. pil. de ſucc. Crat. reſ. jal. mercur. dulc. cinnab. nat. & extracto reſinoſo l. guajaci menſtruatim interpoſitus fuit. His tamen omnibus diligenter & repetitim adhibitis ægrotans morti in prædam ceſſit. Confer. obſ. CXXV.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Morbus caducus curatus.

In paroxiſmo ſpiritus ſalis armon. ſuccinatus aut eſſ. ſuccini aut lig. cc. ſuccin. ſi intus amplius propinari non poſſent, nares ſtatim iis aut oleo ligni coryli Rulandino irrigentur. Interea ociſſime inter dentes inſeratur bacillus liquir. aut rad. pœoniæ lingua & palatum inung. theriaca c. caſtor. nucha & ſpina dorſi ol. lumbric. ſuccini de caſtor. &c. extra paroxiſmum.

℞. radic. valerian. Sylv. ʒij.
ſem. pœon. diaphor. jov. ana ʒj.
talor. lepor. rec. exempt. & uſt. ℈ij.
ſang. drac. carbon. til.
n. m. à ʒß. pulv. ceph. Mich. ʒiß. m. f. pulv.
qui ſumebatur ex uno aut altero cochleari aq. ſeq.

℞. aq. fl. til. lil. conv. paralyſ. beton. ceraſ. n. ana ℥iß. conf. alk. ʒij.

Ita ut de pulvere omni mane, quantum cuſpides duæ aut tres cultri capere poſſunt, ſumatur:

Noctu

Noctu ante ingressum lecti magnitudine n. m. de electuario hoc sumat.

℞. conf. fl. pœon. ℥iv.
theriac. smarag. ℥j. m.

Singulis mensibus ante plenilunium pilulis his no. x. utatur.

℞. extr. cochiar. extr. rhab.
bals. aloet. mercur. dulc. ter sublimat. à ℈j.
mag. jalap. gr. xv. salis succ. vol. ℈ß.
c. ol. lign. coryl. f. pil. no. LX. deaur.
D. ad scat.

Continuata hæc sunt remedia per 10 menses sine intermissione, dein paulo immutata sunt omissis pilulis.

℞. ung. alcis, tali lepor. rec. exempt. & ust. ana ℈ij. n. m. ʒj. sacch. cand. alb. ℈iv.

m. f. pulv. dividendus in dos. æq. no. XIV. ad totidem ch. distinctas, singulo mane sumendus in vehiculo seq.

℞. aq. ceras. n. fl. til. lil. conv. pœon.
lavend. ana ℥iij. m.

In eadem aqua sumantur noctu ante somnum spir. vitrioli phil. gt. 5. aut plures, quem Petræus in nosologia verum hujus morbi alexipharmacum nominat. Specifica enim ut loquitur proportione, quam cum affectu hoc habet, citissime & felicissime eum resolvit, quod etiam Carrichterus, Paracelsus, Hasfurtus, & alii confirmant. In prandio & cœna utatur gelatina.

℞. raſ. c. ℥ij. raſ. ung. alc. ℥iß.
aq. ceraſ. fl. til. lil. convall. lavend.
fl. pœon. ana ℥iv. aut qſ. m. f. l. a.
Gelatina.

Remediis hiſce per 14. menſes continuatis ſervata ſimul bona diæta paroxiſmus ſenſim emanſit, & per plures annos non amplius rediit. Magna tribuitur vis antiepileptica fabæ S. Ignatii ad mentem D. Valentini, quæ cum rara adhuc ſit, experientiæ relinquitur. Obſ. CXXVI.

Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Mira virtus radicis verbaſci antiapoplectica.

Radix verbaſci maris illa die, quando ſol ingreditur ſignum leonis, quæ eſt 28. menſis Julii, mane ante ſolis ortum à terra effoditur, & probe lota ſindoni includitur, & collo appenſa inſtar amuleti geſtatur, ab apoplexia præſervat. Qui igitur apoplexiæ obnoxii ſunt ex ſtemmate, aut ejus inſultum jam perpeſſi, pro arcano remedio præſervativo ſuadetur hoc amuletum ex radice verbaſci maris dicto tempore effoſſum collo geſtare. D. Matthæus Blaw diverſos viros apoplexiæ obnoxios novit, quibus hoc remedium præſervativum pro arcano ſuaſit nec fruſtra, quam diu enim amuletum geſtarunt, nil mali ex hoc affectu iis obtigit.

Con-

Confer historiam ab eodem relatam. Observ. CXXIX.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Ligni lentiscini virtus.

Dr. Jo. Baptista de Wenkh. in dysenteria, aliisque alvi fluxibus compescendis eius vires summo cum fructu expertus est. Præterea conducit in sputu sanguinis, nimio menstruorum profluvio, in fluxu immodico venarum hæmorrhoidalium, in arthritide & articulorum doloribus; in doloribus capitis & defluxionibus catharralibus. Pro edulcoratione sanguinis & correctione fermenti esurini stomachalis, in intestinorum & jecoris inflammationibus & obstructionibus.

Adinventa est mirabilis huius ligni infusio triplex, cuius vires multum diversæ sunt.

Prima infusio fit ex lign. lentisc. ℥v. in virgulas tenues scisso & in fasciculum colligato cum aquæ communis opt. mensur. 3. vel 4. vase probe obturato, per tres dies sine omni calore, cuius medietas effusa pro ordinario potu ad libitum tam noctu quam interdiu inservit.

Secunda decoctio seu infusio fit, vas denuo aqua recenti repletur, & per triduum aut quatriduum reponitur, quibus transactis denuo aquæ dimidium pro usu ut ante eximatur,

matur, ficque procedatur tertia vice, nifi quod in tertia infufione lento igne ad ebullitionem proxime accedat, tunc per 3 vel 4 dies feponitur & pro potu ordinario fervatur, quod aurum potabile vegetabile audit.

Dein ligni huius benedicti medicinalis decoctio prævia per 3 aut 4 dies maceratione fit lento igne ut ebulliat in ordine ad potentiorem medicinam & tertia aquæ pars evaporet. Ex quo decocto dentur infirmo cubitum ituro ℥viij. aliqualiter calefactæ aut etiam frigidæ juxta infirmi guftum, totidem quoque mane evigilanti. Et hac methodo fupradicti morbi fæpe feliciter curati.

Hoc decoctum fervit ad provocandum fomnum, quia leniter cerebrum humectat, pectus humectando raucedini auxiliatur, & tuffi inveteratæ & ficcæ dulcificando ac emolliendo prodeft, plurimum conducit in antiqua podagra & arthritide, aut aliis defluxionibus curandis.

Optimum eft remedium contra ventriculi dolores, flatus ac ructus difcutiendos, contra diuturnos ac pertinaces vomitus, in phthifi, afthmate, pravorumque pectoris affectuum cura potus hic fumme falutaris eft.

Etiam fi ordinarie fumatur, præcipue fi fine ignis adminiculo paratur, calculos expellit ex renibus, fermentumque lapidificans eluit, & fic à calculo præfervat.

Si

Si cerebrum ſiccitatis intemperie laboret, hoc potu tollitur, nam cephalicus eſt, unde capitis ſtuporem, vertigines, hemicraniam alioſque capitis pravos affectus mirabiliter ſanat; & virtute tonica operatur, quod omnes hoc potu utentes experientur. Plura vid. obſ. CXXXV.

* Ephem. Dec. 3. An. 9. 10.

Gonorrhœa pertinax rotulis Lanzoni fugata.

D. Joſ. Lanzonus prius purgato communiter corpore ſeq. rotulas contra Gonorrhœam in pluribus caſibus feliciter præſcripſit, quibus quotidie aſſumptis mane jejuno ſtomacho intra 15 dierum ſpacium ſani evaſere. Hæc vero Rotularum deſcriptio eſt genuina.

℞. ligni S. limati. cortic. eiusdem ſarſapar. elect.
ſuber. pulv. coriandr. ppt. cinnam. el.
roſ. rubr. cc. uſt. ana ℈i. m. & pulv. omnia ſubtiliſſ. & cum ſacch. & aq. lactuc. qſ. f. Rotul. ſ. a. Obſ. CXLII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Lepra curata.

D. Werloſching ſuaſit leproſo, ut ſibi de ovorum teſtis provideat, eaque apud figulum calcinari ac pulveriſari curet, interpoſito ſingulis menſibus purgante, de quibus m. & v.

m. & v. pro dosi ʒi. sumat. Continuavit ad quadrantem anni, quo finito vidit leprum; uti squamas decidere, pro munditie suasit balneum aquæ dulcis. En miraculum! vix altera vice insedit balneo, totumque corpus inungit butyro, excoriatur, novamque ex balneo reportat cutem, & quasi regeneratus exit. Obs. CLIII.

* Eph. Dec. 3. An. 9.10.

Saccharum lactis.

Dr. Werlosching arthritico præmissis pilulis Starckii per diem bis ʒj. ex aq. Thée sumendum præscripsit, quo singulis tribus hebdomadis interpositis Starckii pilulis ad menses tres tanto cum effectu usus est, ut totaliter evanuerint dolores, & æger se renatum putarit.

Puer 8 annorum per duos annos ophthalmia pressus omnibus incassum adhibitis usurpavit ex aq. Thée vel veron. saccharum lactis & finitis 20 diebus percuratus.

Clericus longos per annos soda & alius vertigine laborans ejus usu feliciter sanatus est.

Quidam mire dolorifica laborabat ischuria, cuius dolores ad ordinaria medicamenta increverunt. Laudatus medicus dedit ex iure pulli, in quo herbæ malv. althea, petroselin. veronic. decocta saccharum lactis, & quarta huius usus die convaluit.

Verbo

Verbo saccharum lactis est unica & constans pravorum humorum dulcificans medela, ut arthriticis, podagricis, calculosis, flatulentis, dysentericis, catharrosis, scorbuticis, colicis, sphacelatis, cancrosis, in quibus acidum acre peccat, optatissimum tutissimum & infallibile sit remedium. Observ. CLV.

* Eph. Dec 3. An. 9. 10.

Infans hydropicus.

Dr. Starckius diureticum & diaphoreticum præscripsit:

℞. liq. cc. succin. ℥j. elix. juniperi. spir. nephritic. ana ℥ß. m. d. ad vitrum subere munitum s. Urin-Beförderungs Tropffen, davon 9 bis 10 alle 4. Stunde zu geben.

Cum lacte matris ab hoc medicamento infans copiose aliquoties urinam excrevit.

Postea cum obstructio alvi adesset, seq. pulverem infanti exhiberi jussit.

℞. specif. ceph. D. Mich. ℈ß. gr. ij. auri fulmin. rite ppt. gr. j. M. f. p. s. Winde zertheilend und Abführungs-Pulver auf 1 mahl.

Hujus pulveris usus ter. alternis diebus repetitus fuit. Interim medicamenso prima die præscripto frequenter usa fuit ægrota pusilla.

Ob ingentia ventris tormina, quæ continuus prodebat ejulatus seq. præscriptus est pulvis:

℞. pulv.

℞. pulv. pueror. D. Henschens ℈iv.
usualis sem. anis. pulv. à ℈j.
M. f. p. S. Lüfftendes Pulver, davon 1 Messerspitze auf einmahl im Tage dreymahl zu nehmen.

Dein medicamentum prima curationis die præscriptum reiteratum est ob felicem eius successum. Cum abdomen parum detumesceret, & tumor articulorum œdematosus aliquantulum evanesceret seq. pulverem præscripsit:

℞. auri fulm. rite ppt. gr. j. sacch. finiss. ℈ß.
m. f. gelindes Abführungs-Pulver.

Altero die seq. diureticum ordinavit.

℞. ess. rad. vincetox. elix. propr. cum nitro fixo.
liq. cc. succ. à ℈ij. spir. sal. arm. tartaris. ℈ß.
gt. v. m. d. ad vitr. sub. munitum. dos. 7. ad 9 gutt. alle 2 Stunden.

Post 2 dies ad abdomen ulterius emolliendum seq. empl. præscriprum.

℞. empl. d. melilot. de nicotian. Ettmüll. ana qs. camphor. ʒß. m. extend. super pannum linteum forma debita S. Erweich- und Zertheilungs-Pflaster warmlicht auf den gantzen Leib zu legen. Post impositionem hujus empl. secutus est copiosus sudor in toto corpore.

Post 4 dies ob urgentia ventris tormina seq. essentia exhibita.

℞. ess. castor. rad. zed. liq. cc. succ. ana ℈ij.
M. d. ad vitr. S. Winde zertheilend, und

Schmertzen stillende Tropfen, davon 9 zu geben. Sudor inde continuavit & urina copiosior excreta fuit, imo totum abdomen cum extremis articulis plane decrevit. Hisce D. B. pusilla hæc feliciter ab hydrope curata. Obs. CLXVII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Inveteratus fluor albus tribus remediis feliciter intra XIV dies curatus.

Dr. Starckius primum præscripsit seq. pulverem ut acidum viscidum in primis viis copiose hærens è corpore eliminaretur.

℞. specif. ceph. D. Mich. ℈j.
☉. fulminant. rite ppt. gr. iij.
m. d. S. abführendes Pulver auf einmahl.

Quam in jusculo calido assumpsit, & vel decies inde dejecit cum aliquali virium jactura, hinc unico die eam ab omni medicamento liberam reliquit, duo tamen seq. remedia in pharmacopœa præscripsit:

℞. limatur. chalyb. siniss. ℈ß. d. ad ch. in XII. dos. divisum. S. Geblüth temperirendes Pulver, davon alle Morgen 1. zu nehmen.

Porro.

℞. Terebinth. ven. qs. myrrh. el. croc. Austriac.
pulv. castor. el. ʒß. camphor.
tart. vitriolat. oc. 69. crud. in alcool. redact
corall. r. ppt. ana ℈iiß. M. f. l. a. pil. no. IX. ex ℈j. inaur. S. sonderbare Pillen, davon

davon des Nachmittags und Abends 9. Stück zu nehmen, cum syr. viol. ad nauseam pilularum evitandam.

Hinc elapsis octo diebus fluor albus in minori copia effluere incœpit, ut die 10 curationis plane desisteret. Interim continuavit usum præscriptorum medicamentorum adhuc per 10 dies, & ab hoc morbo molesto feliciter curata fuit. Experientia docet, quod Mars in substantia datus ad acidum reviscidum in primis viis absorbendum reliquis vero omnibus medicamentis palmam præripiat. Obs. CLXVIII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Infantis semestris purpura scorbutica cum maculis cutis violaceis.

Ad orgasmum partium fluidarum compescendum, & ad salia acria demulcenda & ad malignitati resistendum & nervosum genus ab omni convulsione liberandum D. Starckius seq. pulverem præscripsit:

℞. pulv. è chel. 69. Angl. in glob. ℈v.
march. epilept. specif. ceph. Dr. Mich. ana ʒß.
ebor. s. ign. cc. phil. sacch. saturn.
nitri antimoniat. ana ℈j. m. f. pulv.

Cum totum infantis palatum cum labris imo in ploratu eius canthus oculi dextri externus loco lachrimarum sanguinem guttatim effunderet; ad acrimoniam humorum obtun-

tundendam & ebullitionem sanguinis nimiam sedandam priori pulveri præscripto ut seq. pulv. addatur consultum duxit:

℞. pulv. antepræscripti
nitri antimoniat. ℈ij.
cinnab. nat. el. in gran. ℈j.
laud. op. gr. 1. m. f. ut antea

Ad maculas violaceas copiose in cute erumpentes & loco fœcum alvinarum sanguinis copiosam excretionem, ut acrimoniam humorum in fibris intestinorum hærentem mitigaret, & salia corrosiva mucilaginosis particulis obvolveret, seq. clysterem præscripsit:

℞. flor. verbasc. m iij. coq. c. lacte dulci qs. col. ℔ß. add. mucilag. sem. cydon. aq. bursf. past. extr. ℥j. sacch. Thom. ʒij. M. f. enema.

Quod scopo satisfecit, dum in minori copia sanguis per alvum excretus fuit.

Noctu per alvum adhuc sanguine aliquo cum fœcibus effluente clyster fuit iteratus.

Cum infantis alvus esset obstructa & per totam noctem ob tormina ventris ejulasset, & aliquoties subsaltasset, ad præcavendam epilepsiam instantem & ad acidum viscidum in primis viis stabulans educendum seq. præscripsit.

℞. pulv. epil. specif. M. ℈j.
specific. ceph. D. M. ℈ß. aur. fulmin. gr. j.
M. f. p. divid. in 2 part. æqual. s.

Gelind eröffend und die Sehnen befreiendes Pulver auf 2 mahl.

 Cum

Cum ab uſu unius pulveris alvus intra 4 horas non aperiretur, alter quoque eſt exhibitus, & inde alvus bis cum levamine aperta.

Sed cum adeſſent futuræ epilepſiæ indicia, nempe ſtrabiſmus, tremores & motus convulſivi in manibus, ſeq. pulvis præſcriptus fuit:

℞. pulv. epilept. ſpecif. M. ℨj.
ſpecif. ceph. D. M. ebor. ſ. igne ana ℈j.
cinnab. nat. in gr. el. ℈ß. gr. v.
caſtor. gr. vj. camph. gr. iij. laud. op. gr. j.

m. f. pulv. ſ. kräftiges Pulver, davon alle 4. Stunde 1 Messerspitz voll. A cuius uſu ſtrabiſmus cum aliis pravis ſymptomatibus remiſit.

Ad tormina ventris denuo ingruentia ſeq. clyſter iniectus.

℞. herb. chamom. vulg. mij. roman. mj.
ſem. aniſ. aneth. cumin. à ℨij.
inciſ. & contuſ. coq. cum
aqua ſimpl. qs. col. ℥iv. add.
tereb. ven. ſolut. ℨij. liq. cc. ſuccin. ℈j. M.

D. Enema. Poſt cujus injectionem alvus bis ſoluta cum levamine.

Ad diſcuſſionem flatuum ſeq. balſamo regio ventriculi & umbilici infantis inuncta.

℞. ol. n. m. expr. ℨiij.
deſtill. menth. cumin. aurant. à ℈ij.
balſ. de Peru ℨi. m. ſ.

Magen-

Magenstärkend und Winde zertheilende Salbe äusserlich zu gebrauchen 2c.
Plura vide obs. CLXIX.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Anevrismatis felix curatio.

Dr. Jo. Mauritius Hofmannus emplastrum styptico-traumaticum quolibet quatriduo renovandum supra corium figura & magnitudine tumori æquale extendi, anevrismati applicari, supra illud vero laminam plumbeam imponi ac fascia longiori decenter circumducta singula firmari præcepit, cumque sugillatio post illitum spiritum matricalem evanuisset, anevrismatis tumor depressus subsedit callo relicto duriori, nullum tamen motus libertati obstaculum ponente. Emplastri compositio erat sequens:

℞. Empl. diapalm. ℥ij.
pulv. mastich.
ros. rubr. myrtill.
rad. symphyt. ana ʒj. vitriol. alb. ℈ij.
m. c. s. q. ol. ros. & ceræ f. magdaleon. d. s. besonder heilsam zusammen ziehendes Pflaster.
Obs. CLXXIIX.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Febris acuta continua.

Dr. Jo. Ludovicus Apinus ex prægresso rigore & subsequente caloris intensiore gradu non ambigens ægrum febre acuta

continua laborare ex methodo sibi familiari seq. præscripsit mixturam.

℞. aq. fl. samb. cort. antifebril. sui ana ℥ß.
acet. theriacal. ʒij. extr. antifebril. sui ℈j.
Theæ bezoar. ʒj. syr. de cort. citr. ℥ß. m.

Hinc sudor erupit, quamvis non sine anxietate & levioribus animi deliquiis, cuius gratia, sequenti epithemate ad pulsus & tempora fuit usus.

℞. spir. vini camph. acet. rutac.
aq. carbunc. ana ℥j. m.

Consumptis horis antemeridianis mixtura antifebrili in eundem scopum pilulæ seqq. præscriptæ.

℞. extr. antifebr. ʒß. camphor. ℈ß.
c. s. q. extr. myrrh. f. pil. no. XL. d. s.

Alle 4 Stunde 5 Stück zu nehmen.

Hinc tamen ex voto æger non sudavit, à meridie igitur hora tertia dedit ℈j. salis cuiusdam antimonialis bezoardici, hinc sudor secutus cum euphoria. Hora nona nocturna & altero die hora septima matutina iterum binas pilul. sumere iussit, unde largiter sudavit.

Verum patiens cœpit post levem screatum] sputum viscidum cruore tinctum, lateritium revera, exspuere ac reiicere sine tussi ulla & laboriosa commotione, unde vomicam alicubi in pectore ruptam non dubitavit, & proin pectoralia antifebrilibus remixta sequentem in modum præscripsit.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10. Vo-

Vomica pulmonis.

℞. aq. cort. antifebr. Apini.
chærefol. ana ℥ii. extr. antifebr. ℈ß.
balſ. ſulphur. aniſ. gt. ij.
ſyr. fl. pap. err. ℥ii. laud. cydon. gr. ß. M.

Huius mixturæ dimidium hora nona nocturna dedit, ſervans reliquum in craſtini auroram, ſed quia multum adhuc ſpuit viſcoſi phlegmatis ſanguine tincti mixtura conſumpta pilulæ pectorales & ſimul antipyreticæ ſeqq. præſcriptæ.

℞. ſucc. liquir. depur. extr. antifebr. ana ℨß.
laud. cydon. gr. j. c. ſ. q. eſſ. antifebr. f. pil. num. LX. dſ. alle 6 Stunde 10 zu nehmen.

Sub veſperam talis mixtura pectoralis reſolvens ordinata.

℞. aq. veron. ſcab. ana ℥ii.
cinnam. acet. deſtill. ana ℥ß.
ſang. hirc. ppt. oc. 69. ppt. ana ℈ii.
ſyr. fl. pap. err. ℥ß. dſ. alle Stunde einen Löffel voll zu nehmen.

Hæc eo ſumebantur ſucceſſu, ut cum phlegmate ſanguinolento etiam pus reiiceretur.

Potus ordinarius erat ex ſpec. pectoral. herb. chærefol. fl. papav. err. & rad. lapp. major.

Cum autem alvus triduo obſtructa eſſet, ideoque clyſter ex meris emollientibus iniectus, pus ſtatim & ſanguis cum fruſtis tunicæ interioris glanduloſæ ſubſtantiæ inteſti-

 nalis

nalis excretus est, unde à medico iudicatus est

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Abscessus tunicæ intestinalis glandulosæ.

ET continuata curatio vulnerariis simul in auxilium vocatis, & primum pro febre penitus evincenda ac putredine arcenda denuo præscripta ʒß. extr. antifebrilis, hoc addito præcepto, ut quinas mane ac vesperi pilulas acciperet; deinde pro scopo vulnerario seq. species in iusculo caponum partitis vicibus decoquendas.

℞. herb. chæref. flor. verbasc. hypericon. ana mj. rof. r. mß. lign. sassafr. santal. flav. sem. plantag. ana ʒij. concis. d. ad ch.

sitim solabatur seq. julapium.

℞. aq. veron. scab. card. ben. ana ℥ii. tinct. flor. papav. err. ℥i. conf. alkerm. c. ʒj. syr. fl. papav. err. ℥ß. m.

Cum hisce aliquo tempore continuatis alvus bis terve solveretur cum pure & sanguine intermixtis, ad mundificationem & abstersionem tale præscriptum.

℞. ol. amygd. dulc. syr. dialth. ana ℥j. sperm. cet. ʒj. bals. sulphur. anis. ℈ß. m. d.

S. Heilbalsam, alle 6 Stunde einen Löffel voll zu nehmen.

Conveniens etiam videbatur sequens emulsio,

emulsio, unguinosa sua dulcedine intestina abstersura ac delibatura,

℞. amygd. d. ℥ß. sem. 4. fr. maj. papav. alb. c. s. q. fl. acac. & veron. f. emulsio ana ℥j. add. sacch. perl. ℈ii. aq. cinnamom. spir. ℥ß. m.

Horum usu nihil amplius cruoris ostenderunt excrementa, quamvis alvus valde lubrica esset. Sed cum observaretur jusculum utut cum voluptate comestum nihil pene mutatum fuisse alvo redditum, ad lienteriæ fluxum compescendum seq. pilulæ præscriptæ.

℞. extr. tormentill. ther. cœl. ana ℈ß. c. s. q. ess. traumat. Wed. f. pil. no. xx. d. ad pixid. pulv. n. m. conspersæ. S. Stillende Pillen alle 6 Stunde 2 Stücke zu nehmen.

Hinc non nisi per diem alvus bis deposita eaque incruenta. Simul vero m. ac v. cochlear unum prædicti balsami sumptum. Consumpto balsamo cœpit in iusculo vulnerario sumere cochlear axungiæ canis junioris castrati, qua valde delectabatur. Pilulis vero superioribus tales substitutæ.

℞. extr. tormentill. liquir. tereb. coct. à ℈j. c. s. q. bals. peruv. f. pil. no. LX. d. s. balsamische Pillen früh und Abends 5 Stück zu nehmen.

Harum usu nondum absoluto constitit lientericus alvi fluxus, & æger cum viribus

appetitum, & sanitatem recepit. Observ. CLXXIX.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Diabetes solo aquæ ferratæ usu curatus.

Laz. Riverius in curatione diabetis huius usum laudat in prax. med. & Lanzonus huius solius potu curavit quendam, qui una tantum die triginta urinæ libras reddebat. Idem ope aquæ ferratæ religiosum quendam ab immani dysenteria liberavit, ac mulierculam nimio mensium fluxu laborantem hac eodem præsidio sanatam vidit. Obs. CCVII.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Hæmorrhagia uteri ferme incurabilis.

D. Andreas Myrrhen hanc ex excandescentia ortam per 3 dies ad lipothimias durantem v. s. ligaturis ac aliis ischæmis frustra adhibitis ex tormentilla lap. hæmat. usnea, opio, coralliis, nitrosis refrigerantibus, aquis itidem destillatis, ut aceto, aqua sperm. ranar. cord. Herc. Sax. mixtura Sylvii adstring. tandem eiusdem sanguinis portiuncula exsiccata ac propinata compescuit. Observ. CCXV.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Affe-

Affectus hystericus.

Hic mire variabat, anxietates, diaphragmatis contractiones, uteri (nervorum uteri dolorificas crispationes) dolores immanes, motus arteriarum tremulos involuntarios, somnia terrifica &c. inferebat & quod ante aliquot menses iuvamento fuerat, iam summo propinabatur nocumento, e. gr. spir. salis arm. vel cc. externe adhibitus. Sed aq. hirund. c. cast. naribus appositam bene tulit, & clysteres ex lacte dulci & flor. chamomill. Inter omnia interne usurpata hoc cum levamine est usa.

℞. specif. ceph. gr. viij. lap. 69. crud. ℈j. succin. gr. xij. castor. gr. vij.

in dolorum vehementia laud. op. gr. j. pro dos.

℞. elix. propr. dulcis. carminat. Wed. à ʒiiß. ess. castor. anod. ana ℈iv. spir. sal. armon. gt. xxvij.
ol. dest. anis. fænic. ana gt. x.
succin. gt. iij. m. ad vitrum. S. wohl umgerüttelt zu 50 Tropffen in Thee zu nehmen. Obs. CLXXI.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Mammæ exulceratio in cancrum apertum facessens.

Inter remedia palmam duxerunt, præter universalia v. s. sc. iteratam & purgantia appropriata bene diu continuata, nec non diaphoretica varia decoctum nempe ligno-

rum

rum primum & ſecundum cum mixt. ſ. & Tinctura bezoard. ſalibusque volatilibus, longo item tempore uſurpata cereviſia medicata Timæi à Guldenklee l. 4. caſ. med. 39. ſuccus milleped. cum vino expreſſus & externe ab initio quidem empl. ex vernice, medulla crurum vituli, oeſypo, croco & cumino, tritis è Jonſtono; Item empl. de ſperm. ceti Mynſ. oleum momordicæ, balſ. ſulphuris terebinth. balſ. peruvian. empl. diaſulphur. Rul. & ſaturnin. Mynſ. Hiſce præcautum eſt, atque præventum, ne talis exulceratio in cancrum degeneraret. Obſ. CCXLIV.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Singultus in febre maligna.

Non ſtatim animo deſpondendum. Statim regioni circa ventriculum empl. ſtomachicum Cratonis cum Theriac. Androm. anatica portione mixtum, ut non ſolum remitteret, ingens periculum hoc oſtendens ſymptoma, ſed & ſub veſperam illius diei plane ceſſaret. Obſ. CCL.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Eſſentiæ ambræ vis hypnotica.

Notatu dignum eſt, in quibusdam ſubjectis, ubi ſpirituum defectus & inquies nocturna, ſive ob melancholiam, ſive ob

ob ſtudia nimia & abuſum veneris, evacuationes enormes &c. deprehenditur, ambram plus utilitatis præſtare, quam crocum ipſumque opium, quod aſſertum confirmat experientia. Eſſentia ambræ cum ſucco roſar. per mentationem parata ad gutt. LX. in vino rhen. optimo exhibetur, & quies exoptata cum refocillatione omnium virium feliciſſime ſuccedit. Exempla vid. Obſ. CCLIV.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

In conſtitutione epidemica Vratislavienſi feliciter uſurpata variorum ſymptomatum remedia.

Quibus ſtatim ab initio mite evacuans datum facilius morbum ſuperarunt, qualis fuit potio Sydenhamiana in doſi aliquantum minori, pulv. ex antimon. & nitro depurato, tartaro vitriolato ac grano j. vel ii. ſcamm. ſulphur. additis apud ditiores granis paucis auri fulmin. vel etiam quæ ſimul ad malignitatem habent reſpectum. Cæterum fere tota curatio per placidum ſudorem ſeu potius madorem bezoardicis pulvere bezoard. Sennert. pannonic. r. mixtur. S. eſſ. ſcord. ſaturatiori, myrrh. diaſcordio abſoluta, fortiora, volatilia ſalia, bezoardica calida, ac ſpirituoſa obfuerunt. Camphora plane præterita.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Contra

Contra odontalgiam Tinctura odontalgica Mynſ. & Wedelii profuit. Contra icterum martialia liquida præcipue cum ſalinis iuvabant.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Infantes tuſſis convulſiva fatigabat ſatis frequenter, in qua pulvis antiepilepticus Ludovicianus utilis.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Contra atrophiam lactantium æque ac ablectatorum cum febricula circa veſperam, cum inquietudine ac ſiti nocturna, abdomine tumente tinctura martis aperitiva vitriolata, arcanum duplicatum &c. profuerunt.

* Ephem. Dec. 3. An. 9. 10.

Hæmoptyſis v. ſ. ceſſit, nec non largiori nitri exhibitioni.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

In malo hypochondriaco eiusque ſymptomatibus cura erat in craſſis humoribus attenuandis per nodulos aperientes, martialia, urinoſa volatilia, crocum, myrrham, mixturam ſ. Tincturam vitrioli martis tart. D. L.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

In ſcabie præter externa blanda diaphoretica curam inprimis præſtiterunt, in moleſtiſſimo ſenibus pruritu conduxerunt medicamenta nitroſa & diuretica ſaponaria,

quæ

quæ ſalſas & acres atomos ad vias urinarias deducunt.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

In febribus intermittentibus, etiam malignis, non vere remittentibus; quæ focum habent in primis viis v. ſ. omiſſa, vomitoriorum tempore intermiſſionis frequens uſus fuit & incidentibus cura peracta, præſertim tartaro vitriolato, arcano duplicato, ſale lixiv. abſ. cent. min. card. ben. additis præprimis poſt aliquot febrium paroxiſmos ſubinde præcipitantibus, in exanthematica antiſcorbuticis in contumacioribus cortice peruviano in pulvere, vel electuario, cum eſſentia ſegnior ſit, in vino generoſo albo maceratus rariſſime ſpem, expectationemque implevit: in febribus cum inflammatione quadam conjunctis nunquam non noxius deprehenſus, in febribus etiam aliis calidioribus obſcure remittentibus funeſtus fuit, quibus non alias quam quæ malignis debetur, ratione medendum. Et eximiæ prudentiæ medicæ ſtatuitur, etiam vere intermittentes, epidemice graſſante aliqua maligna febre, alexipharmacis & bezoardicis oppugnare, ne ægri in prædominantem epidemicam prolabantur.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Contra diarrhæas frequentiores rhabarb. toſtum c. nuce moſch. & bol. Tockavienſis ac caryophillata profuerunt.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

In

In nephriticis passionibus sive renum inflammationibus, quas non solum dolor & ardor vehemens comitatur, sed & dysuria, fibrosæ excretiones, arenosæ cum sanguine aliquo, inprimis decoctum Foresti & pulvis D. Volckameri laudem meruerunt.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Podagrici dolores fuerunt communes, quibus in paroxismo horis matutinis lenia diapnocica cum nervinis fine sudore coacto, pomeridiano aperientia, ac sub noctem pulveres nitrosi, cinnabarini &c. exhibita, externe camphorata omnibus præferri merita fuerunt.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

Hæc in constitutione epidemica anni MDCXCIX. inter multa alia observata fuerunt, in anno MDCC. autem inter plura alia sequentia.

* Eph. Dec 3. An. 9. 10.

In variolis omissis calidioribus remediis, ut & v. s. ac purgatione victus refrigerans & moderatissime calidus aër fuit commendatus. In effervescentia iusto minori lenis & blanda diaphoresis cardiacis moderatis, matre perl. corall. antimon. diaphoretic. cc. lap. bez. utroque, emulsionibus: ægris phlegmaticis etiam calidiora, tinct. bezoardica ess. myrrh. scord. &c. exhibita. Appetente exulcerationis tempore, & pu-

stuli

ſtulis non debite ſe attollentibus pulveres bezoardici tantillo myrrhæ & croci grano uno alterove remixti ſuppetias tulere exoptatas: plane maturæ, & pure acriori turgentes quibusdam non male apertæ: dum exareſcerent, pulveribus ſupradictis lapides cancr. additi. In macularum veſtigiis certo tutoque ſapo Neapolitanus balſamicus profuit.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

In fluore albo uterino, ut abundantia ſeri viſcoſi è corpore eliminetur, & uterus corroboretur noduli ex ſtomachicis, uterinis ac purgantibus, & diuretica, ſuccinata, terebinthinata &c. & diaphoretica, antimonium, mars, lignorum decocta profuere. Salivatio generoſum illud remedium eſt, quo etiam inveteratus fluxus debellari poteſt.

Eodem tempore excruciabantur aliqui dolore artuum ſtatis horis, ſingulis diebus per aliquot ſeptimanas redeuntibus, ſine ullo febris ſigno in cortice peruviano inventum eſt remedium.

* Eph. Dec. 3. An. 9. 10.

DIGESTIVA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Pulvis digestivus ordinarius Regi Uladislao IV. à D. Cnöffelio præscriptus.

℞. acidi tartar. albiss. ℥ß.
tartar. vitriolat. ℈ii. sal. essential. acetosell.
spir. vitriol. coagulat. à ʒi. santal. r. qs.
sacch. citrat. ʒij. ess. citr. ex cort. citr.
rec. extr. gr. v.
m. & divide in 10 part. æq. ad 10 ch.

In morbis chronicis arthriticis & tartariis contumacibus & digestione egentibus, in obstructione, hepatis, lienis, mesenterii, renum, maxime in affectu hypochondriaco medicina est salutaris ac tuta. Est hic pulvis digestivum quasi universale & excitamentum appetitus excellens. Exhibetur ut plurimum jejuno stomacho in brodio carnis seu brancæ ursinæ vel alio conveniente liquore dosin sæpius reiterando. Usum huius pulveris Regia Majestas aliquando ad 14 dies continuavit.

Nota, phthisici, hæmoptoici & catharrosi, salsis & acribus fluxionibus ad pectus delabentibus abstineant tamen ab ejus usu.

CATHARTICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. app.

Pulvis hellebori Styriaci Dn. Cn.

℞. fl. helleb. n. ver. ſtyr. ſacch. albiſſ. ana ℥j.
ſalis eſſ. acetoſell. gr. xxiv.
eſſ. citr. ex cort. rec. extr. gr. xij. m. f.
pulv. ſubtiliſſ. cujus doſ. eſt ℈j. ad ℈ij.

Solvit leniter omnes humores melancholicos, ideo in epilepſ. apoplex. vertigine aliiſque morbis capitis, item in hypochondriaca & hyſterica paſſione, quartana, ſcabie &c. medicina eſt gratiſſima.

Pulvis ſolutivus de tribus officinæ Regiæ.

℞. rad. gialap. pulv. ʒj. reſ. ſcamm. ℈iv.
tart. vitriol. gr. vj. elæoſach. cinn. ℈ij. gr. vj.
m. f. p. cuius ʒß. mane exhibeatur in iuſculo.

Hoc recenter apparatum multo efficacius in operatione, quam ſi diutius aſſervetur: quod ſi unicam quis tantum deſideret doſin, hæc eſſe poſſet.

℞. rad. gialap. ℈j. reſ. ſcamm. gr. iij.
tartar. vitriolat. gr. iv. elæoſ. cinnam. gr. ij.

Cui D. Cnöffel aliquando addebat
acid. tartar. ℈ß. m. f. pulvis.

Extractum hellebori ſolutivum D. Cnöffelii.

℞. extr. helleb. n. veri per ſpir. vini fact. ʒiß.
conſ. alk. ʒij. (Nota, pro fœminis loco

conf.alk. extr.macis & caryophyll. à gr. pro aromatiz.)

Phlegm. vitriol. vol. ℥xij. Stent in viola hermetice clausa per mens. in digest. postea filtrentur. Essentia serv. ad usum.

Est cephalicum insigne & in curanda epilepsia medicamentum à D. Cnöffelio sæpe expertum.

Elixir Proprietatis purgans officinæ Regiæ Warsav.

℞. aloes succotr. ʒiß. myrrh.el.r.ʒß.croc.or. ʒiij. rhab. el. ʒxij. vin. hisp. ℔iij. mixt. simpl. ℥ij. m.

Stent in digestione per sex septimanas. Postea col. per linteum subtile, tinctus & impraegnatus liquor serv. usui.

In febribus malignis & contagiosis atque in ipsa peste nihil est tutius : Hypochondriacis & uterinis valde convenit, & in morbis chronicis, maxime in icteritia flava medicamentum est magnarum virium, insuper ventriculi affectibus subvenit, à putredine defendit, & leniendi possidet virtutem.

Dosis ʒß. plus minusve in vino vel aqua alia appropriata. Datur & in actu curationis tempore pestis ad ʒi. & ℈iv.

Pilulæ balsamicæ universales.

℞. extr. rad. helleb. nigr. per spir. vini fact. MBil. de tribus Ruffi ana ʒß. coq.

coq. c. eff. propriet. f. q. in maff. mollioris confift.

Admirandæ funt iftarum pil. virtutes: omnes enim humores maxime craffos & tartareos purgant. Caput, ftomachum & alia vifcera roborant, & commodiffime exhibentur in affectione hypochondriaca, obftructione lienis, mefenterii &c. & maximæ æftimationis erant apud D.Cnöffelium. Dof. pil. eft à ℈i. ad ʒß. & ℈ij. Poffunt fumi m. ac v. poft cœnam parciorem & ante cœnam. Si quis actionem earum acuere cupit, in robuftioribus maxime, adduntur cuilibet dofi grana aliquot tartari vitriolati e. gr.

℞. maff. pil. balfam. ℈j. jalap. fubtil. pulv. tartar. vitriolat. ana gr. vj. cum oleo cort. aurant. f. citr. rec. qf. f. pil. minores deaur.

aliquando placuit & hæc formula:

℞. extr. è fol. helleb. in Styria parat. pil. de tribus ana gr. xv. ref. jal. gr. iij. tartar. vitriolat. gr. vij. f. pilulæ minores.

DIURETICA.

* Ephem. Dec. I. An. 6.7. App.

Pulvis diureticus ordinarius.

℞. fal. tartari xtallini, anod. mineral. à ʒiij. m. f. pulv. dof. à ʒß. ad ℈ij. & ʒi. in aqua petrof. ter in die repetenda.

Pulvis diureticus pro Rege in ardore urinæ.

℞. nitri antimoniat. xtallin. ℥j.
facch. canth. fucc. glycirrh. infpiff. & pulv. ana ℥ß.
m. f. pulv. fubtiliff. poft
℞. pulv. diuret. iam præfcripti ℈ij.
extr. granor. quietis gr. 1. m. f. p. bis in die fumendus.

℞. antimon. fixi diaph. fpiritu falis aliquoties imbut. & iterum exficc.
ocul. 69. cum ol. tartar. per. deliq. à. p. æq. in lap. duritiem coagul. ana ʒiij.
magift. petrof. rec. fact. q. f. pro tinctura
m. f. pulv. dof. ℈j. ad ij. in aqua appropriata bis vel ter in die.

DIAPHORETICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Pulvis diaphoreticus diurnus.

℞. flor. fulphur. antimon. fix. diaph. à ʒxij.
bacc. laur. pulv. ʒvj. m. f. pulv.

Pulvis diaphoreticus nocturnus.

℞. pulv. diaphor. diurn. ʒß.
extr. fedativ. Cn. gr. ij. m. f. p.
divid. in 2 part. æq. ad 2 chartas.

Diaphoreticum hac in forma pulv. magnarum eft virium, fanguinem enim mundifi-

cat, luem veneream & ſcabiem curat. In febribus malignis & morbis contagioſis eſt medicina ad expellendum hoſtem per ſudores mirifice adiuvans.

* Eph. Dec. 1. An. 6.7. App.

Bezoardica & Alexipharmaca.

Diaphoreticum compoſitum D. Cn.

℞. antimon. fixi diaph. ʒij. bez. miner. ℈jv. corallor. ppt. ʒj. pulv. viperin. ex cord. & hepat. croci ſolaris à ℈j. eſſ. citr. ex cort. rec. extr. gr. xv. m. f. p. ſubtiliſſ. ſervetur pro uſu in vitro bene clauſo.

Pulvis alexiterius.

℞. pulv. bez. min. viperin. Cn. flor. ſulph. à ʒj. m. in mort. vitreo f. pulv. ſubtiliſſ. vel ℞. antimon. diaph. fixi pulv. viperin. Cn. rad. contray. ana part. æq. m. f. p. ſubtiliſſ. f. pulvis alexiterius de tribus, ex minerali, animali & vegetabili ſc. compoſitus.

Pulveres hi duo ſunt præſtantiſſima remedia adverſus omne venenum cuiuscunq; generis, etiam ab animalibus immiſſum. Doſ. gr. xv. ad ℈j. & ʒß. in aqua bezoardica.

Pulvis bezoardicus.

℞. antimon. diaph. fix. ʒß. bez. min. flor. ſulphur. ana ʒij. m. f. pulv.

Eſt bezoardicum præſtantiſſimum, & in mor-

morbis catharratis, atque in ipsa phthisi remedium exoptatum. Dos. ℈j. etiam in pleuritide.

Lapis Bezoar factitius.

℞. terr. sigill. bezoard. ppt. Cnos. ℥j. ℈viij. unic. foss. cc. bezoard. sive bez. cervin. ℥ß. ℈iv. antimon. diaph. fixi. rad. contrayerv. subtiliss. pulv. ana ℈viij. m. f. pulv. subtiliss. & cum magist. sol. rut. rec. parat. q. s. pro tingenda massa & mucilag. tragac. in aq. bez. sol. f. massa, ex qua postea formentur lapides ovalis figuræ, qui ubi bene exsiccati fuerint causa curiositatis in tornatili rota poliri possunt. Negotium si recte instituatur, hic lapis arte conflatus adeo similis erit illi orientali in superficie externa, nempe colore & splendore, ut vix unus ab altero dignosci possit. Virtutes huius lapidis cum lap. bezoar. animal. or. & occ. conveniunt, & vicem illorum præstant. Dos. à ℈ß. ad gr. xv. & ℈j.

Tinctura bez. officinæ Regiæ.

℞. mixt. s. ℥viij. spir. terr. sigill. ℥j.
rad. contray. anthor. ana ʒiij. ℈ii.
scorz. ℥ß. ʒj. ℈j. angelic. Turcic. ʒvj.

Mixta stent in loco cal. vitro bene obturato per octiduum add.

eff. citr. è cort. exter. rec. extr. ʒij.
extr. croc. ℈ij. conf. alkerm. ℈ix.

& post

& post repetitam digestionem per horas aliquot tinctura bezoardica absque ulteriori abstractione per ch. emporet. filtr. & in vitro opt. clauso servetur usui. Vires. Febribus malignis, pestiferis & contagiosis potenter resistit, earumque insultus reprimit, & à centro ad circumferentiam expellit. Dos. est à ℈j. ad ʒj. in liquoribus aliis bezoardicis alexipharmacis, & sudoriferis pro sudore eliciendo. Hinc D.Cnöfelius in febribus epidemicis malignis seq. adhibuit expulsivum & semper cum exoptato successu.

℞. aq. scorz. fumar. ana ℥ß.
syr. ex toto citro ℥j. tinct. bez. ʒij.
pulv. pannon. r. ℈j. conf. hyacinth. ℈ß.
m. f. potio sudorifera.

Anodyna & mitigativa.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Extractum sedativum ordinarium citratum D. Cnöfelii.

℞. opii theb. in frustula concisi & in patella ferrea per lenissimam exhalationem prius correcti ℥ij. cinnam. pulv. caryophyll. pulv. à ʒß. succ. citr. acid. ℥xxiv.

Stent per mensem in leni digestione. Extractio per linteum exprimatur, & ad mellaginis consistentiam lenta evaporatione redigatur. Inde fit sequens:

Extractum sedativum pro viris.

℞. extract. sedativ. præcedentis ℥j. ʒij.
magist. butyrac. corall. perl. ana gr. xv.
croc. or. subtiliss. pulv. ʒii. ambr. ℈ij.
mosch. gr. v.
ol. caryophyllor. vel anthos.
cinnamom. ana gt. v. m. massula servetur in vitro bene clauso. s. ut supra.

Pro mulieribus.

℞. extr. ord. citrati ℥j. ʒii. croc. ʒii.
magist. corall. butyrac. ℈ß. castor. opt. ʒi.
ol. succin. ℈ß. m. optime dos. ana gt. iij. ad v. vij. & plures. In affectibus hystericis arcanum certum.

Helmontius loco succ. citr. recipit succum cydonior. in fermentationem per flores cerevisiæ promotum. Sunt, qui in conciliando laud. Helmontiano liquido pro menstruo sibi eligunt tincturam salis tartari, pro correctione adjiciunt croc. castor. caryophyll. cinnamomum, lign. aloës, spec. diambr. cum moscho, & similia plura.

Extractum granorum quietis officinæ Regiæ.

℞. extr. op. theb. ℥ii.
hyosciam. simili modo per succum citri debito tempore parati.
croc. or. ana ℥i. m. diligenter.

Dolo-

Dolores omnes lenit & tollit, somnum inducit, fluxiones omnes sanguinis sistit, vomitum compescit, febrium paroxismis frænum injicit, & in delirio, phrenitide, epilepsia, suffocatione uteri & doloribus arthriticis remedium est extremum.

Essentia seu tinctura granorum quietis officinæ Regiæ, ordinariæ.

℞. extr. ord. gran. quietis gr. XXIV.
spir. sedativ. simpl. ℥vj. conf. alkerm. ʒiij.

Dig. in vitro bene clauso lentissimo calore per octiduum, essentiæ filtratæ add.
spir. ros. ʒij. ol. coriandr. ver. odor. gt. jv.
rosar. still. ver. gt. vj. ess. mosch. ambrat. ʒj.

Et post reiteratam digestionem ess. usui servetur. Dos. à ℈j. ad ij. in vehiculo grato & conveniente, vicem præstat laudani opiati.

Spiritus sedativus simplex.

℞. fl. lil. convall. rec. decerptor. q. s.
spir. vin. opt. cum fl. lilior. convall. destill.
phlegmat. vitrioli ana ℥XI.

facta digestione horis 24 destill. per alembic. ex cineribus, quod primo exit, seorsim excipiatur. Aquæ egressæ & spirituosæ adde iterum
phlegmatis vitrioli tantundem & fl. rec. lil. convall. q. s.

Præmissa digestione & maceratione per 3. dies,

dies, denuo per alemb. vitreum igne arenæ destillentur, labor hic & tertia & quarta vice semper cum æquali parte phlegm. vitriol. & flor. lil. convall. qs. instituatur, quæ sic unita, aqua spirituosa in vitro arcte clauso asservetur.

Vires anti-epilepticæ sunt, efficaciter & servit melancholicis, hystericis & utero præfocatis, externe & in podagra, chiragra & simili articulorum dolore summa cum utilitate adhibetur, insuper & virtutes ejus anodynæ sunt, & in omnibus vigiliis diuturnis ac quibuscunque doloribus usus eius esse potest. Dos. à cochleari semis ad cochlear unum per se, vel quod melius, in grato aliquo vehiculo.

Spiritus sedativus compositus.

℞. spiritus sedativi præcedentis simplicis ℔ij. visc. querc. ℥ß. rad. pœon. (certo tempore coll.) ℥j. sem. pœon. cort. mandrag. à ʒiij. Mixta destillentur per retortam vitream ex arena. Signetur ut supra, medicamentum est cephalicum in genere, ant-apoplecticum & epilepticum in specie.
Dos. ana ʒi. ad ʒii. & iij.

CEPHALICA.

Apoplectica.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Pulvis

Pulvis apoplecticus Regius alias Cephalicum D. Podchocinski.

℞. magist. antepileptic. m. Prævotii. rad. pœon. corall. r. ppt. ana ʒii. magist. ſuccin. bezoard. lunaris. cinnab. à ℈ii. ol. in deſt. aq. apopl. coll. gt. vj. ſacch. ad p. o. m. in mort. vitreo. add. fol. auri argenti à no. iv. pulv. commixtus ſerv. uſui ſ. ut ſupra.

Vires attribuuntur cephalicæ & analepticæ; inſignes, inde & in omnibus morbis capitis. Doſis eius eſt à ℈i. ad ii. in aqua cephal. apoplect. ſeu fl. lavendulæ.

Magiſterium antiepilepticum Prævotii tali modo componitur.

℞. raſ. ebor. cc. ung. alc. cran. hum. non ſepulti ſed ſuſpenſi ana qv. injiciantur cucurbitæ, ſuper affundatur, pro imbuendo ſolum ſpir. nitri qſ. Stent per 3 dies, poſtea adde acet. deſtillat. qſ. pro diſſolutione, & denuo digeſtio inſtituatur per dies 14 & ultra ſolutionem tandem prius filtratam vel colatam præcipita cum ſpiritu vitrioli (melius cum ſolutione ſalis per liquorem tiliæ & ſalem appropriatum facta) vel ſolutiones filtratas ad ſiccitatem exhalare permitte. Magiſterium in fundo relictum ablue & edulcora tamdiu, donec ab omni acetoſitate & acri-

& acrimonia ſit liberum, tandem exſiccetur. Vires ex titulo comprehenduntur. Doſ. à ℈ß. ad ℈iß.

Eſſentia cephalica compoſita.

℞. rad. pœon. certo tempore coll. ℥ij.
ſumm. beton. meliſſ. lavend. baſilicon. rut. origan. ana mj.
conf. anacard. theriac. Andromach. à ℥j.
viſc. querc. lign. aloës à ℥ß. pulv. & gr. m.
inciſa infundantur cum
ſpir. vin. juniper. ℔iß. ſambuc. ℔ß.
Stent per octid. in digeſtione. col. per ch. emporet. inſtitutæ adde
ſpir. vitriol. rorid. comp. ſeu
ſpir. ſedativ. ſimpl. ℔ß.
raſ. cran. h. magiſter. corn. alc. ana ℥j.
eſſ. nuc. moſch. ʒiß. coriandr. ℈ij. citri ʒii.

Mixta digerantur denuo in vitro circulatorio hermetice clauſo per 2. vel 3. menſes. Circulatione peracta à craſſo ſedimento per inclinationem ſeparetur eſſentia cephalica & ad uſum ſervetur. Vires: Cephalicum, epilepticum & apoplecticum medicamentum eſt inſigne. Doſ. à cochl. j. ad cochl. ij.

Mixtura Cephalica Dn. Cnöff.

℞. ſpir. tartari ſaſſafrat. & prius ſupra cap. mort. rectificati ʒiij.

ſeda-

ſedativ. ſimpl. ℥j.
formicar. ſive aq. magnanimitatis ℥ij.
elix. propr. purg. liquid. Cnöff. ad pl.
ſyr. antiepilept. eiusdem ℥i.
mixta diger. per d. & n. poſtea ſerv. ad uſum.

Vires medetur apoplexiæ & aliis capitis affectibus, maxime melancholiæ hypochondriacæ. Eius effectum & in delirio & mania vidit cum ſtupore. Doſ. à ℈ß. ad gr. xv. & ℈i. ieiuno ſtomacho, & tribus horis ante cibum, cum aqua lil. conv. pœoniæ vel alio vehiculo idoneo. Datur & ipſo in paroxiſmo & præmiſſis univerſalibus & practicantium regulis & methodo obſervatis.

Tinctura cephalica umbrata.

℞. ſpecier. diambr. ʒß. lign. aloës ſubtil. raſp.
granor. carpobalſ. ana ʒij. ambr. ℈i.
moſch. ʒß. ſacch. canar. ʒj.
elix. Matth. aquæ carfunc. ana ℥ij.
ſpir. ard. roſ. aq. ſpir. cinnam. comp. à ℥j.

Bene mixta & in phiola vitrea hermetice incluſa ſtent in dige[illegible]ione in MB. ſeu vaporoſo tamdiu; donec omnia bene ſint diſſoluta & extracta. Poſtea filtrentur; & tinctura ambrata ſumme odorifera ad uſum ſervetur.

Vires. Cephalicum & cordiale eſt ſummum, convenit iis, qui temperamenti ſunt frigidioris. Doſ. à gr. iij. ad vij. xv. in vino vel alio vehic.

Spe-

Species Cephalicæ pro suffitu Sereniss. R. Cæciliæ Renatæ.

℞. oliban. ℥iij. succin. alb. & citrin. ana ℥j. mastic. ℈ii. storac. cal. ℨß. g. benz. ℈ß. caryophyll. ℈j. fl. ros. r. lavend ana p. 1. m. f. pulv. gross. cui adhuc admiscebis ivæ artheticæ ℈j. S. Fluß, und Hauptrauch der Königin Cæciliæ.

Balsamum apoplecticum D. Cn.

℞. bals. lavend. rutæ ana ℨß succin. ℈j. apopl. Croll. ℨj. ℈j. m. f. balsamum inaurata pyxidula asservandum.

Sunt antiapoplecticæ & antiepilepticæ, aliisque debilitatibus cerebri convenit. Naribus, temporibus, item suturæ coronali inungitur tam in actu præservationis quam curationis.

Species pro pileolis R. Vladislai IV.

℞. fol. majoran. rorismar. meliss. citr. à miß. fl. ros. odor. miij. lavend. aurant. ana mj. stæch. ar. nard. celtic. ana p. ij. sem. coriandr. nigell. gran. carpobals. à ℨij. cubeb. ℈iv. rad. cyper. rot. ℨj. cinnam. n. m. ana ℥ß. caryophyll. ℨj. lign. rhod. subtil. rasp. aloes, sassafr. à ℥ij. styrac. cal. ℨiß. gumm. benz. ℨiij. succin. ℥ß. ℨij.

incid.

incid. & contund. gr. m. circa finem adhuc adiiciantur craſſiuſcule inciſa.

fl.cyan.paralyſ.calend.cheir.balauſt.à p. I
moſch. ambr. ana ℈i. m. f. p. groſſus odore & colore gratus, & ad roborandum caput, & materiam humidam & pituitoſam exſiccandam efficaciſſimus. Pulvis ſeu ſpecies poſtea includantur ſerico rubro pro pileolo nocturno. Ex præſcriptione D. Krafft. S. R. M. Archiatri.

ANTIPARALYTICA.

Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Paralyſis Euporiſton.

℞. ſpir. vini camph. ℥iij. formic. comp. lumbric. aq. apoplect. ana ℥ij.
eſſ. trium piper. ℥i. ʒii. ſem. eruc. ℥ß.
alum. plumoſ. euphorb. ana ℈i.
miſc. in vitro bene clauſo & poſt peractam ſufficientem digeſtionem filtrentur, quibus adhuc admiſceri poteſt.

eſſ. cephalic. odorif. ℥ß.
partes affectæ prius pannis calentibus quotidie fricentur leniter, poſtea illinantur cum præſcripta tinctura. Uſus ſaltem ab extra eſt.

Paralyticorum membrorum Euporiſton D. Cnöff.

Fomentatio, qua bis in die membra fomentata.

℞. fl. chamom.
herb. hyperic. salv. serpill. origan.
absinth. ana mij. urtic. min. mvj.
malv. minor. mjv.
rad. gramin. alth. ana ℥ii.
sem. eruc. ℥ß. lini ℥i. vitriol. crud. ℔v.
crasse contusa d. ad ch. s. Kräuter zum behen.
Inunctio. Postea à scapula ad cubitum usque brachium eius calide inunctum est seq. linimento.

℞. pingu. vulp. taxi. ungu. dialth.
ol. castor. rut. chamomill. ana ℥i.
still. iuniper. terebinth. ana ʒiij. spic.
alum. plumos. ceræ ana ʒii.
canthar. euphorb. ana ʒi.
spir. vini qs. m. f. linimentum s. Sälblein zum schmieren.

Emplastrum pro custodia & loci & unguenti circumpositum, & constanter per annum gestatum.

℞. empl. diachyl. oxicroc. melilot. ana ℥i.
g. ammon. ℥ß. galban. in ✠ dissolut. ʒiij.
diatr. piper. euphorb. alum. plumos. à ʒij.
omnia optime pulverisata M. ad ignem & f. emplastrum.

Inunctionem & applicationem emplastri, aliquot mensibus, donec melius habeat, continuet.

Spiri-

Spiritus balſamicus pro ſartore quodam.

℞. bacc. laur. iunip. caſtor. euphorb. à ʒij. caryophyll. macis ana ʒiij maſtic. myrrh. ſtorac. liquid. ana ℥ß. ſuccin. alb. gumm. elem. galban. ana ʒiij. contuſ. & pulv. infund. in ſpir. vini ℔iij. Stent in digeſt. per triduum, dein deſtilletur per alemb. ex arena.

Indies ſimul noctu cubitum eundo, poſtquam calido linteamine juncturam carpi, cubiti & ſcapulæ optime fricaverit, calefacta loca inungat, calefacto ſupra ignem hoc liquore, poſtea calide ſupponat emplaſtrum antea deſcriptum.

Nota ſeptimanatim duobus diebus nempe ♀ & ♄ni curet circa veſperam ſibi parari balneum è decocto urticæ ardentis & formicis ſacco incluſis.

Interdum & membrum ſtupidum & reſolutum urticis viridibus & ardentibus leniter percuti patiatur.

EPILEPTICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Pulvis epilepticus ordinarius officinæ Regiæ.

℞. cran. h. ſtrangulati & cum aqua epileptica ſine igne in alcool. redact. corall. r. ppt. viſc. querc. certo t. coll.

cc. antiepil. ana p. æq. ſacch. alb. pulv. ad p. o. m. f. p. doſ. à ℈ß. pro infante ad ℈i. & ʒj.

Pulvis alius epilepticus officinæ Regiæ de ſecundina mulieris.

℞. ſecund. mul. (primiparæ filium enixæ) torrefactæ.
cran. maſculi anterioris (violenter mort. & non humati) raſpati ana ℥ß. unic. foſſ. albiſſ.
cc. ex apicib. ſuper. raſp. & in alcool. red. ana ℥i.
corall. r. c. aq. epil. ppt. oc. 69. ana ℥ß.
granor. & rad. pœon. decreſcente ☽. collect.
rad. doron. viſc. querc. ana ʒiii.
ſucc. ſubtiliſſ. pulv. n. m. à ℥ß. ambr. ʒj.
m. f. p. ſubtiliſſ. Remedium in epilepſia & aliis cerebri affectibus eſt efficax. Doſ. eſt ℈j. ad ʒß. & ℈ii. in aq. fl. til. ſeu liquore arb. tiliæ menſe Martio ex cort. extracto. Secundinæ præparationem Hartmann. in pr. chym. Beckerus in microc. med. l. 1. c. 8. & alii deſcribunt.

Pulvis antepilepticus S. R. Maj. Vladislai IV.

℞. magiſt. ☽æ ʒß. gr. ij. cran. hum. ſuccin. pulv. ana ʒi. gr. IV.
corall. r. ppt. ſacch. alb. pulv. ana ʒV. ℈j.
m. f. p. doſ. à ʒß. ad ʒi. in aqua pœon.

Magi-

Magiſterium lunæ
ſic paratur.

℞. ☽næ finiſſ. in tenues bracteolas extenſæ laminatæ & in orbem conflexæ ℥j.
aq. fort. ℥iii. Stent in leni digeſtione, ſolutum quod eſt, filtretur per ch. & ſuperfunde ſpir. nitri qſ. ſic in momento præcipitabitur in alcool nivis inſtar candidiſſimum. Pulvis ad fundum præcipitatus affuſa aqua dulci ablui, & ab omni acredine liberari, & tandem exſiccari debet. Ingrati quidem ſaporis eſt, ſed majoris virtutis in epilepſia aliiſque morbis capitis, huius magiſterii beneficio Vladislaus IV. in juventute à comitialis morbi inſultibus feliciter curatus eſt.

Pulvis antiepilepticus puerorum in expellendis lumbricis inſignis.

℞. cc. raſpat. & cum decocto ſem. cynæ & corallin. ſæpiſſime inſuccati
ſacchari mercuriſati ana part. æq. qv. v.
f. pulv. ſubtiliſſ. ʒj. in lacte adhibetur. Jam
℞. pulv. præſcripti ℈ij.
oſſis triquetri raſp. & in ſubtil. pulv. red. ℈i.
m. f. pulv. in epilepſia infant. ſympathica ex vermibus orta, de quibus & Foreſtus l. 10. obſ. 65. Mart. Rulandus cent. 8. curat. 13. & plures alii. Multo plura vid. ibidem.

OPHTHALMICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Vinum medicatum Polychreſtum.

Primario quidem directum ad vitia oculorum ex humoribus frigidis cauſata, ſecundario autem ad oppilationes venarum,& omnis generis venena.

Sigismundi III.Polon.& Sueciæ Regis.

℞. herb. & flor. euphraſ. mx. roriſmar.m.v.
beton. mjv. botryos, ſalv.ana miij.
chelidon. verben. maris.ana miß.
card. ben. mij.
flor. calend. mj. ſtæch. arab.
ſem. fænic. ſileris mont. ana mij.
cort. citr. mjv. lign. ſaſſafr. conciſ. ℥x.
rad. zedoar. ℥i. diptamn.alb.in flor. à ℥ij.
cardamom. ℥i.

Conſcindantur herbæ paululum exſiccatæ demptis ſtipitibus & cum reliquis ingredientibus craſſiuſcule contuſis miſceantur, & in tres partes æquales diviſæ, ſacculiſque oblongis immiſſæ ac in vini rhenani rec. ſeu muſti vaſculo, quod amam vocant, immergantur macerenturque per tres vel quatuor ſeptimanas, ut hoc pacto vinum illud cum herbis, effervеſcat & vis illarum extrahatur, cumque vini ſubſtantia uniatur. Poſtea ſacculi extrahantur è vaſe, ut fæces ad fundum reſideant, & vinum ad uſum claреſcat.

Dotes

Dotes & vires. Vinum hoc medicatum, licet propter ſua ingredientia præſtantiſſima variis polleat viribus, tum ob herbas ophthalmicas valet mirifice ad omnes affectiones oculorum, ex humida & frigida cauſa ortas, utpote ad incipientes cataractas ſeu ſuffuſiones, lippitudines, aliaſque viſus debilitates tam avertendas quam profligandas, eo quod cerebrum debite roborat, & defluxiones ejus frigidas exſiccat. Imagines, culices & muſcas, aliaque corpuſcula oculis obverſantia diſpellit, oculos caligantes emendat, & corrigit.

Secundario autem propter alia ingredientia cephalica, ſtomachica, hepatica, cordialia & alexiterica; compoſitioni huic inſerta hepatis oppilationes aperit, icteritiam ſanat, pectoris & pulmonum vitiis ſuccurrit, asthmati & orthopnææ medetur: paralyſin, epilepſiam, vertiginem colicam alioſque morbos ex frigida cauſa exortos extirpat, uteri ſuperfluitates ac intemperiem frigidam & humidam tollit, venenis ac præcipue lui peſtiferæ præſtantiſſimum eſt remedium tam præſervativum quam curativum.

Quod ſi autem vinum illud medicatum ad ſolam viſivam potentiam roborandam dirigi debeat, tunc ſequens compoſitio ſeu recepta accipiatur, quæ ut ſimplicior, ita etiam gratior erit palato.

℞. fol.& fl. euphras. beton. salv. chelidon. ana mij.
rorismar. miij.
sem. fænic. ℥iv. sileris mont. ℥j.
l. sassafr. concis. ℥iij.
Cum herbis incisis telæ mundæ aut sindoni albæ immissis procedatur ut antea.

Hanc descriptionem Vladislaus IV. ad examinandum, collegio suo medico obtulit, quam à parente suo Sigismundo III. Polon. & Sueciæ Rege commendatam habuit.

Aqua ophthalmica D. C.

℞. aq. still. sperm. ran. ℥xvj.
phlegmatis vitrioli ℥viij.
sperm. cet. ℈ii. ess. rosar. gt. aliquot.
tinct. cosmet. myrrhisat. qs. pro pauca lactescentia. Misceantur.

Hanc compositionem in duplo D.Cnöffelius sibi præparavit pro futura ægrorum sufficiente provisione. Vires sunt in Amblyopia, amavrosi & suffusione.

Collyrium D. Joannis Felveri.

℞. phlegmatis vitriol.& alum.à. part.æq.℥iß.
croc. metall. sacch. saturn. ana ʒß.
tutiæ subtiliss. ppt. ℈i.

Stent per mensem in digestione, postea filtrentur. Cum extremitate subtilis penicilli hac mixtura imbuti oculus subtiliter abstergatur,

gatur, vel ad canthum externum una & altera guttula inſtilletur.

Aqua ocularis externa.

℞. ſucci ex amput. palm. vitis
ſperm. ranar. reſervat. ana ℔ii.
phlegmat. vitriol. ℔j, quibus immergantur ſuo tempore
fl. calend. cyani. cichor. roſar.
herb. chelidon. euphraſ. fænic. ana qs.
Stent per aliquot dies in digeſt. poſt adhuc adde
cancrorum contuſ. no. vij.
hepata muſtelæ piſc. prius in cliban. in liquor. reduct. no. xxx.

Mixta deſtill. in B. vaporoſo ad ſiccit. ferme totalem flor. & herbar. liquor deſtillatus ſerv. in vitro bene clauſo.

Magnarum virtutum eſt ad omnem viſus infirmitatem, inflammationes & oculorum ruborem nempe aufert, ſordes detergit, lacrymas exſiccat, ulcera ſanat, ſuffuſionem & cataractam curat, & impedit, inſuper ad claritatem oculis augendam & robur, tunicis conciliandam eſt aqua efficaciſſima.

O T I C A.

* **Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.**

Commendatur colocynthidis pomum cum calefacto oleo amygd. amaror. bene impraegnatum, poſt fortiſſime expreſſum. De

expreſſo hoc oleo colocinthinato cum bombace excepto ponatur in aurem bis vel ter indies.

Ex conſilio D. Cnöffelii Rex fuit reſtitutus Spiritu tartari ſaſſafraſato leviter tepefacto & bombace excepto atque in aurem poſito. Suppoſitis ſtatim linteaminibus probe calefactis ad extra per dimidiam horam.

Sed rediit dolor cum ſurditate, ſtrepitu, & fluxu excrementoſo, ubi idem remedium fuit absque levamine, unde ſeq. balſamum adhibitum.

℞. ſpir. tartar. rectificatiſſ. & ſaſſafrat.
elix. propr. ſ. ſpir. ſulphur. ana ℥ß.
ol. hyperic. ſuccin. ana ℈ß. m.

Huius uſu per 3 dies Rex convaluit.

Juvenis ſtudioſus à ſeptennio aure dextra difficulter & aliquando vix audiit. Cura eius ſic fuit inſtituta. Prius purgatus fuit pilulis anethinis, poſt ſcarificationes factæ ſunt circa ſcapulas, & cucurbitula admota, poſtea uſus eſt hoc topico:

℞. ſpir. formicar. tartar. rectif. ſaſſafrat. à ℥ß.
extr. caſtor. ℈i. ol ſuccin. ſeu ſpiritus gt. x

M. mixturam cum bombace intrudat in aurem & illibi per d. & n. ſervet: applicata ſemper preſſius linteamine intenſe calefacto, pro impoſita medicina in actum tranſpirationis intimioris promovenda.

Odon-

ODONTALGICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Tinctura odontalgica D. C.

℞. rad. pyrethri lign. sassafr. ana ℥ii.
sem. hyosciam. caryophyll.
mass. pil. de tribus ana ℥i.
incis. & contus. infund. in spir. sedativo
simpl. ℥vj.
Stent per 3 dies in digest. vel diutius
Filtratæ tincturæ adde
Extracti sedativ. liquid. citrat. seu
Tinct. granor. quietis ad plac.
dentibus dolentibus summopere medetur, si dimidium cochlear huius tincturæ in ore per dimidium quadrantem horæ contineatur, postea iterum exspuatur, & si opus est, secunda & tertia vice usus reiteretur. Idem præstat & seq.

Balsamum odontalgicum.

℞. ol. st. caryophyll. camph. luxi ana ℈j.
n. m. expr. qs. pro consist. balsami add.
extr. opii ℨß. fulig. splendent. qs. pro tingendo in nigredinem. f. balsamum. Omnem dolorem dentium (gossypio exceptum & cavernis impositum) ex quacunque causa ortum tollit.

Balsamum aliud odontalgicum.

℞. ol. caryophyll. ℨij. in quo dissolve
camph.

camph. gr.xxiv. add.ol.n.m.expr.qſ.pro consistentia, tandem admisc. extr. gr. quietes gr.xv. fulig. splendentis qs.pro tingendo. m. f. balſ. odontalgiam ſubito aufert, quod ipſe ſæpius expertus.

Balſamum puerorum dentientium.

℞. butyr. maj. non ſaliti ℥iv.
pingu. gallin. anatiſ. ana ℥ß.
ſucc. expr. 69. fluv. ſedi major. ana ℥iij.
coq. in diplomate ad conſumpt. humiditatis, in fine add. ſang. extr. ex criſtis galli ℈v. & poſt unam & alteram ebullitionem exprimantur ubi adhuc admiſcere poteris ſacch. canti qs. pro dulcedine. m. f. linimentum pro gingivis infantum.

Linimentum ad gingivas tumentes & putridas D. Cnöffelii.

℞. ſang. drac. myrrh. maſtic. ana ʒß.
croc. martis, alumin. ana ℈i. mell. roſ. qſ.
m. f. linim. pro dentibus vacillantibus adde ol. jaſmin. gt. aliquot
addi poteſt
ſucc. acac. ad ℥ß. tinct. lacc. ʒi.
ſpir. vitriol. ʒß.

PECTORALIA.

* Eph. Dec. 1. An. 67. App.

Curatio phthiſeos.

Quamvis phthiſis morbus ſit periculoſus, tamen

tamen plures ſanitati reſtitutos per medicamenta Cnöffeliana ſæpe vidit & ſimili proceſſu curavit D. Mart. Bernardus de Berniz.

Primo in morbo nondum confirmato & absque excretione ſanguinolenta adhibuit D. Cnoffelius pilulas ſuas balſamicas ex aloë, myrrha & croco cum balſ. ſulph. aniſat. ſeu elixir. propr. Helleborino efformatas. Doſis erat ℈ß. ante ſomnum. Poſt per octiduum & quidem ter in die ſed mane, à meridie & veſperi has rotulas ſulphuratas:

℞. ſpec. diair. diatrag. fr. ana ℨii.
antimonii fix. diaph. ℨii. flor. ſulph. ℥ß.
ſacch. alb. in aq. tuſſilag. qs. diſſolut. ℥vi.
ol. aniſ. gt. xij. f. tabulæ ad ſcatulam mundam.

Doſ. no. 6. 7. & 8.

℞. antimon. fix. diaph. ℨiß. flor. ſulph. ℨß.
ſpec. diatrag. frig. diair. ſuccin. alb. ppt. ana ℨi.
extr. helen. ℨß. balſ. ſulph. aniſ. ℈ß.
ſacch. in aq. fænic. vel aniſ. qſ. diſſolut. ℥iv.

f. l. a. rotulæ. Seq. ſeptimana loco rotularum præſcripſit.

Pulverem Diakibrik Chybor
qui talis eſt:

℞. rad. farfar. ireoſ. ana ℥i. glycirrh. ℨi.
enul. camp. ℨij.

fol.

fol. hyſſop. capill. ♀r. ana ʒi.
ſem. aniſ. fœnic. ana ʒii. flor. ſulph. ℥j.
ſacch. canar. alb. ℔i. m. f. pulv. ſubtiliſſ.

Doſ. ʒi. ad ʒii. uſus huius pulveris ſit mane & veſperi, tribus vel quatuor horis ante cibum ſuperbibendo bonum hauſtum ptiſanæ. Pro nocte autem & ante ſomnum adhibuit

Emulſionem ſequentem.

℞. ſem. melon. cucumer. à ʒij. papav. alb. ℥ß.
nucl. perſic. excort. no. vj.
aq. veronic. ſ. tuſſilag. fragor. ana ℥iij.
f. emulſio.

add. ſacch. cand. alb. ʒvi. & aliquando
magiſt. perl. butyr. ℈ij.
eſſent. roſ. ver. ſeu ſpir. fragor. ℈i.

Dimidium huius emulſionis frigidiſſime exhibuit, eundo cubitum. Alterum dimidium ſequenti nocte, tertia & quarta die interdixit. Poſtea loco emulſionis ſequens ordinavit

Decoctum antiphthiſicum.

℞. rad. farfar. polypod. glycirrh. leviſtic. à ℥j.
herb. pulmonar. ſalv. verben. ſcabioſ.
fl. hepatic. nob. à mj. ſebeſt. iuiub. ana ʒij.
ſem. aniſ. ℈vij. caricar. no. x. aq. font.
puræ ℔iv.

inciſ. & contuſ. craſſiuſcule coq. in præſcripta menſ. aquæ ſimpl. uſque ad tertiæ part.

part. consumpt. decoctum colat. & clarificat. dulcoretur cum mell. clarificato qs.

Dosis ℥iv. ad ℥vi. & ℥viij. mane & circa noctem per octiduum. Finito tempore omnia de novo in modum præscriptum iterum incipienda sunt usque ad meliorationem.

Post absolutam curationem patiens adhuc per unum atque alterum mensem cerevisiam bibit medicatam per species sequentes:

℞. rad. tussilag. polypod. irid. ana ℥iii. enul. caryophyllat. ana ℥iv.
herb. pulmon. veron. scab. hepat. nob. ana miij.
hyssop. mjv.
flor. hepat. nob. miij. ras. l. junip. ℥xvi.
incid. & contund. gr. m. indanturque sacco oblongo f. species pro dolio cerevisiæ.

Pulvis pleuriticus Dn. Cn.

℞. rasur. dent. verris aprugn.
mandib. l. p. ppt. ana ℈ß. fl. sulph. gr. v.
antimon. diaph. rad. bardan. pulv. à gr. xv.
m. f. p. curat pleuritidem, & illico omnes lateris dolores, non sine adstantium stupore.

Sumitur in haustu aquæ bardanæ, cardui mar. seu card. bened. Dosis præscripta, & bis in die reiteranda.

Pulvis alius in pleuritide D. Cn.

℞. rad. bardan. maj. pulv. ℈i. flor. sulphur. papav.

papav. err. pulv. ana ℈ß.
antimon. fixi diaphor. gr. xv. m. f. pulvis.
Eiusdem fere efficaciæ cum ſuperiore. Modus utendi eſt. In aceto bez. ſeu aqua appropriata bis in die ſumendus.

Nota pleuriticum internum & ſingulare arcanum eſt radix Bardanæ ſive lappæ maioris vere, creſcente luna collecta, in autumno vero decreſcente luna, quæ in umbra (non ad ſolem nec ad ignem) exſiccata & pulveriſata detur ad cochl. j. vel ℨii. in vitro vini generoſi, melius in propriæ plantæ aqua.

Pulvis pleuriticus à Cn. alii præſcriptus.

℞. ſang. hirc. ſecundum Helmont. præp. ℥ß.
mandib. luc. p. absque igne ſubtiliter pulv. ℨij.
antimon. diaph. ℨß.
rad. papap. err. ℨj. bardan. ℨß. gr. xv.
m. f. pulv. ſubtiliſſ. in pleur. tam vera & legitima, quam ſpuria & notha ab authore præſcribebatur. Doſ. à ℈i. ad ℈ii. ℨi. in aqua idonea. Hoc pulvere à pleur. curatus eſt quidam perill. Dnus absque omni ſectione venarum.

CORDIALIA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Balſamum radicale margaritarum.

℞. margaritas orientales ſplendidasque, has cum

cum aceto terebinthinæ ſolves, ſolutas ſeparato per evaporationem menſtruo, aqua fontis deſtillata dulcorabis, donec ſapor ablatus fuerit, abeant dein in cella vinaria in liquorem ſuper vitrum vel marmor collocatæ. Tunc accipe ſpir. vini opt. qs. qui guttatim in liquorem inſtillatus, ipſum in talcum quaſi mirabiliter convertit, id vero coagulum per retortam pelles, & in oleum vertetur.

Hoc ex margaritis quidem elaboratum, in virtute vero eſt verum talci oleum, quod à chymicis celebratur. Hoc nitor margaritis reſtituitur, hoc mulierum facies albeſcunt, & ſplendeſcunt. Cordiale eſt nobiliſſimum, aurum potabile in operatione quàm proxime accedens, nam epilepſiam depellit, cardiacas paſſiones vincit, ſanguinem rectificat, in confortatione cerebri, memoriæ & cordis conducit. Fætum in utero, humorem vitæ & naturam internam in omnibus membris fortificat, putredines arcet, ſenectutis incommoda retardat, optimum arcanum, tutiſſimumque cuivis familiariter uſurpandum. Doſ. à ℈ß. ad ℈i. & ℈ij. in aqua cordiali.

Eſſentia moſchi ambrata officinæ Regiæ Vladislai IV.

℞. conf. alkerm. ℥i. ſpec. diambr. diamoſch. d. ana ℥ß.

lign. aloes. ʒj, mosch. opt. ℈j. ambr. ʒß.
spir. ardent. ros. extr. Norimberg. à ℥ij.
vini cinamomisat. ℥j. caryophyllat. ℥ß.
Bene mixta in vitrea phiola hermetice clausa stent in digest. per mensem & quidem caloris lenissimi. Defusus liquor filtretur & usui servetur.

Cordiale & cephalicum est. Dos. gt. v. vij. ad ℈ß. ℈j. Not. Remanentia in filtro chartaceo odoris adhuc plena aliis usibus externis inservire, & suffimentis admisceri potest.

Essentia moschi & ambræ D. C.

℞. mosch. ℈ß. ambr. ℈j. conf. alkerm. ʒij.
spir. ros. fragrant. lil. convall. ana ℥ß.
aq. carbuncul. elixir. Matthiol. ana ℥j.
Mixta circulentur per octiduum vel diutius. Ess. postea per ch. filtrata odoris suavissimi in vitro bene munito serv. ad usum.

Confortat cor, cerebrum, spiritus animales, vitales. Dos. à gt. iij. ad vj. & ℈ß. in vino generoso, aqua cinamomi vel alio conveniente liquore.

Tinctura cordialis.

℞. aquæ cord. Saxon. rub. id. borrag.
buglosſ. ana ℔ß. è toto citro ℥iv.
conserv. fl. tunic. ros. r. vitriolat. ana ℥ij.
Mixta stent in vitro per unam atque alteram

teram horam, postea exprim. et per ch. filtrentur. dein add.

syr. rub. id. granator. ana ℥j.
spir. sulph. per campan. fact. qs. ad gratum sapor.

Cui adhuc admisceantur.

aq. è typh. cerv. rec. destill.
cinamom. cordial. ana ℥i.

Filtrentur per ch. emporet. f. Tinctura cordialis, pro Rege ex præscripto D. Cnöffelii.

Per intervalla sumenda in debilitate virium, compressione cordis, & incalescentia interna ex morbo podagrico.

Mixtura cordialis calida.

℞. elix. vit. Matth. ℥iij. spir. lil. convall.
aq. cinamom. cord. ana ℥i. conf. alkerm. ℈v
spec. diamosch. d. diambr. ana ℈iiß.

Diger. leni igne per 24 horas bene clauso vase, liquori filtrato addantur

Tinct. corall. ʒv. gran. chermes ℈v.

m. serv. ad usum. f. ut supra.

Ad omnem corporis imbecillitatem à causa frigida ortam medicina efficax est. Commendatur & ad cerebri affectus frigidos, ideo in apoplexia, paralysi, & comitiali morbo, & in ipso paroxismo valde conducit. Datur & in animi deliquio & cordis palpitatione summo cum emolumento. Dos. à gt.

à gt. x. xv. ad xx. per ſe, vel cum aliquo vehiculo idoneo.

Mixtura cordialis temperata.

℞. aq. cord. temperat. herc. Saxon. ℥iij.
citrat. comp. meliſſ. c.v. cinam.c.flor.
cordial. ſ. v. deſtill. ana ℥j.
extr. Norimberg. dict. Auguſtanor.ʒvi.
eſſ. citr. liquid. ex rec. cortic. ℥iß.
ſeu tinct. gran. cherm. per ſpir. roſar.
vel bacc. rub. idæi fact. ʒij.
ſyr. rub. id. corall. granator. ana qſ. m.

In febribus malignis & peſtilentialibus commendatur: ſpiritus vitales reficit, atque ſyncopi & cordis palpitationi auxiliatur. Doſ. cochlear unum per intervalla aliquoties in die.

Eſſentia cordialis odorifera D.B.

℞. ol. cinamom. ver. ℈i. caryophyll.
n. m. ſtill. ana ℈ß. roſ. ver. gt. vj.
ſuper aqua Damaſcena coll. gt. viij.
ſpir. vini tartariſat. roſat. & cum aliquot
granis ſalis armoniac. vol. imprægnat. ℥iix.

Diger. in vaſe opt. clauſo per aliquot dies, poſtea adde
eſſ. moſch. ambrat. ad pl. e. gr. gt. viij. ad xvj.

Doſ. gt. iij. ad vj. in vino vel aq. cinamomi.
Admiſcetur & aliis medicamentis cordialibus.

Epi-

Epithema Cnoffelianum calidum.

℞. extr. ſive aq. Norimberg. ſecundum
Ph. Auguſt. parat. ℥iij.
aq. carbunc. Imp. Carol. embryon. à ℥j.
cinamom. ʒvj. roſar. ℥ii. m d. ad vitrum.

Epithema aliud frigidum.

℞. aq. cord. fr. ℥iij. meliſſ. Imp. Carol. roſ. à ℥j.
ſucc. citr. rec. expr. ʒvi. acet. roſ. rub.
id. ana ℥ß.
pulp. cort. ext. rec. citri ℈iv.
Conf. alk. ℈ij. m. pro epithemate S. Aeuſſerliches Puls- und Hertzwaſſer.

Balſamum cordiale odoriferum.

℞. ung. rubr. pomat. Reginæ Cœciliæ ℥ß.
ol. n. m. expr. ex cort. citr. rec. ſ. igne
extr. ana ʒi.
flor. aur. Rom. ℈ii. ſt. cinamom. gt. jv.
caryophyll. gt. ij. moſch. ambr. ana gr. jv.
m. f. balſamum.

STOMACHICA.

* Ephem. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Mixtura ſtomachalis.

℞. elix. propr. Cnöff. ſpir. acid. de tribus
ana ʒvj.
elix. Matth. mixt. de tribus ana ℥iß.

extr. cal. arom. ʒj. eſſ. menth. odor. Cn.
macis ana ℈i.
cinamom. ℈ß.

Mixta diger. clauſo vaſe per 24 horas. poſtea col. Doſ. à ℈ß. ad ℈i. in vino ſeu aqua ſtomachali vel in alio liquore convenienti.

Eſſentia ſtomachalis.

℞. fol. menth. miij. ſpec. imperator. ℥iiß.
ſem. aniſ. fænic. à ℥ß. ſpir. v. rectif. ℔iij.
papav. per octid. poſtea deſtill. in MB. liquori deſtillato ſpirituoſo add.
extr. cal. arom. zedoar.
ol. ſtill. nuciſt. menth. cinamom. à ℈j.
caryophill. aniſ. ana ℈ß.
ſacch. canar. alb. & cum aceto eſurino ppt.
pro excipiendis oleis qſ. ſal. tart. volat ʒiii
Stent in digeſt. donec perfecte uniantur. Eſſentia per lint. ſubtile colata ſervetur in vitro bene claudendo. Vires.
In ventriculi & hypoch. atque inteſtinorum infirmitatibus à cauſa frigida conducit. Doſ. ℈j. ad ℈ii.

Elixir abſinthiacum comp.

℞. extr. abſ. liquidi Cnöff. deſcript. ℥iij.
ſpir. tart. ſaſſafrat. ℥i. ʒi.
vitriol. mart. ʒvi. vulg. ʒiii.
tinct. ſantal. c. ſpir. v. ſtomach. extr. ʒvj.
Mixta ſtent per d. & n. in digeſtione, poſtea filtr.

filtr. & usui serv. Dos. gr x. ad xv. & xx. in vino, seu alio liquore appropriato.

Elixir vitæ stomachicum.

℞. rad. cal. arom ℥i galang ʒvj cinamom. ℥iiß ʒii.
n m. ℥i. caryophyll. macis. cardamom. ana ʒvi.
cort. flav. aur. citr. ana ℥i.
sem. anis. carui. coriandr. ana ℥ß. ʒij.
spir. ex frumento ℔xij. facta maceratione per 3 dies destill. ex b. v. liquori egresso denuo immergantur.
spec. diamosch. d. diambr. à ʒj. sant. r. ʒvj.
Stent per aliquot d. in loco saltem frigido, postea filtr. & c. syr ord. sacch. canar. qs. dulcoretur. Elixir præstans in aff. frig. stomachi. Dosis à cochl. dimidio ad cochl. unum & duo.
Not. aquæ stomachales tinguntur per infusionem fol. hed. terr. in colorem smaragdinum, vel cum cort. aurant. croco seu cnico hortensi in colorem aureum, vel cum lign. santal. rasp. in rubrum colorem seu cum torna solis in purpureum, qui color conciliatur quoque cum cocco Polon. conf. alkermes seu caryophyllis aromaticis. Viridissimus & pulcherrimus etiam color obtinetur per succum seu syrupum flor. violarum martial. cum grano una atque altero salis tartari.

Unguentum ſeu Balſamum ſtomachicum.

Cæciliæ renatæ Reginæ Polon. & Suec.

℞. ol. n. m. expr. ℥iß. ſtill. menth. maſtic. nardin. ana ℥i.
caryophyll. cal. arom. ana ʒii.
macis. carvi ana ℈iv.
balſ. peruv. ℥ß. maſtic. ʒvi. ceræ alb. virg. qſ.

m. f. balſamum nobile ſtomachicum & fragrans, quod externa ſua inunctione mirabiliter ſtomachum roborat. Sumitur & intra corpus cum ovo ſorbili.

Nota pro Rege Vladislao IV. commiſcebatur cum oleo formicarum atque moſcho & zibeth. qſ. pro balſamo locali ante actum matrimonialem.

Emplaſtrum ſtomachale ejusdem.

℞. maſtic. ℥iii. Tacamah. ʒvi. landan. ſtorac. calam. reſinoſ. ana ʒiii.
ol. maſtic. & cydon. ana ℥i. tereb. ℥iii.

his invicem leniſſimo calore mixtis adde
ceræ virg. ℥viij. gall. moſchat. ʒiii.
caryophyll. n. m. cinamom. cardamom. ana ʒii.
lign. aloës, cubeb. ana ʒi. ℈i.

Agitentur & impaſtentur optime & cum parum refrixerint adde balſ. indic. peruv. qs. f. l.

f. l. a. emplastrum ad corroborandum stomachum efficacissimum.

Emplastrum stomachicum aliud officinale.

℞. tacamah. ℔i. mastic. storac. calam. ana ℥vi.
tereb. qs. pro dissolutione specierum. add.
ceræ citr. ℥vi. bals. indic. de peru qs. m.
f. l. a. empl. quod in usu extend. super alutam & applicetur regioni ventriculi, mirifice concoctionem promovet, dolores sistit & stomachum corroborat.

DYSENTERICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Bolus in Dysenteria.

℞. cons. ros. antiq. ʒiß. theriac. pulv. pannonic. ana ℈i.
laud. op. gr. j. m. f. bolus.
Rex Casimirus hunc bolum sumpsit, & statim melius habuit.

Electuarium Dysentericum.

℞. succ. acar. sive prun. sylv. inspiss. ℔ß. ℥iij.
cons. ros. antiq. fl. pap. err. cond. cydon. ana ℥iv.
mell. ad spissitud. coct. ℔ß. r. ad. tormentill.
gland. immatur. n. m. ana ℥iij.
c. myv. cydon. qs. f. s. a. Electuarium me-

diæ consistentiæ. In dysent. diarrh. lienteria, aliisque fluxibus desperatis potenter adstringendo: remedium est infallibile. Dos. à ʒi. ad ʒii. superbibendo haustum aq. sperm. ranar. destill. Formula pro bolo.

℞. elect. dysenteric. ʒi. laud. op. gr. i. m.

HEPATICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Pulvis hepaticus Dn. Cn.

℞. sal. essential. acetosell. ℥ß.
  sacch. rosat. simpl. (per aq. ros. fragrant. ppt.)
  citrat. ana ℥ß. ʒii.
  ess. citri ex cort. rec. extr. s. q.
  magist. seu tinct. sandal. r. ℈ii.
  m. f. p. gratissimus incarnati coloris.

Vires sunt hepaticæ & spleneticæ. Ex hoc pulvere cum aq. fontan. fit & potus gratissimus pro iis, qui pulveres fastidiunt.

Electuarium Hepaticum.

℞. cons. ros. vitriolat. flor. tunicæ, acetosell. condit. pulp. citr. rad. cichor cort. citr. ana ℥ß.
  pulv. hepat. ℈vi. spir. vitriol. coagulat. ℈ß.
  ess. citri ex rec. cort. extr. ad pl.

Confert in intemperie calida hepatis & in febribus c lidis & continuis pro corroboratione virium & refrigeratione insigniter.

Dos.

Dos. magnitudine juglandis parvæ per intervalla in die.

Aperitivum Martiale.

℞. croc. martis aperitivi (ex solo vitriolo martis per calcin. lenem ad rubed. usque parat.) ℈vi. gr. iv.
salis essent. acetosell. ℈iv. gr. xv.
sacch. canar. alb. ℈xvi.
ol. still. veri ros. gt. iv. m. f. p. colore, odore, sapore gratus. Dos. à ℈i. ad ʒß. & ℈ii. in jusculo carnis.

HYDROPICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Hydropis curandi methodus D. Cnöffelii.

Primo exhibuit purgantia sua specifica & universalia & quidem reiteratis vicibus in forma pilul. quæ erant extr. helleb. nigri ℈i. cum mercurio fixo corallino, quibus peractis ordinavit tabulas sequentes:

℞. bez. mineral. aperitiv. martial. Cn. à ℥ß. antimon. fix diaph. tartari Martiati à ʒiij. misc. pro pulvere &c. sacch. albiss. canar. ℥viß. in aq. meliss. cinamom. cordial. & ros. ana qs. soluti

f. tabulæ more consueto; de quibus patiens sumpsit ter in die, sc. mane, à meridie, & circa

circa noctem & semper tribus horis ante vel post cibum. Dosis ʒiß. vel ʒii. per octiduum, hinc accessit ad sequentia:

Vinum Martiale compositum.

℞. limat. martis ℥ß. ad ʒvj. cort. fraxin. lign. tamarisc. à ʒiij. iunip. ℥i. sassafr. ʒii. rad. helleb. nigr. ℥iij. polypod. ℥iß. caryophyllat. tartar. albiss. ana ℥ß. sem. cartham. ʒij. spir. salis gt. xij.

spec. incis. & gr. m. contusæ includantur sacculo, immergendo in vini opt. Hungar. ℔vi, & post sufficientem macerationem in vase terreo satis capaci vinum martiale comp. asservetur in loco frigido. Dos. ℥ii. ad ℥iij. in aurora per duos dies, tertio sumantur.

Trochisci Martiales.

℞. tartari martiati ℥ß. fl. sulphur. ℈viij. antim. fixi diaph. ʒii. bez. min. martial. corall. r. ppt. ana ʒiß. sacch. canar. alb. ℥ivß. f. c. aq. meliss. citrat. qs. & ess. citri ex rec. cort. extr. ℥ß. Rotulæ in forma & magnitudine man. chr. Dos. no. 6. ad 7. bis in die sc. mane & vesperi per 3 vel 4 dies. Sexto vel septimo iterum sumitur vinum martiale & sic alterando continuando per tempus aliquod.

Et ne semper purgetur æger & vires labascant adhibeatur seq.

Mixtura

Mixtura hydropica.

℞. elix. propr. ſpir. tartar. per l. ſaſſafras corr. ana ℥ß.
mixt. de tribus ℥iij. extr. liquid. abs. ℥j.
Mixta ſtent in digeſtione per d. & n. poſt adde
eſſ. cort. citr. rec. qu. pl. Doſ. à ℈j. ad ʒi. in vino ſeu aqua bacc. & fl. ſambuci ℥iij. ſumme prodeſt.

Pulvis anti-hydropicus.

℞. crem. tartar. martiat. ℈i. ſalis fraxini nitrat. tartar. vitriolat. ana gr. viij. bez. min. martiat. gr. vij.
corall. r. ppt. gr. xvi. eſſ. citr. ex cort. rec. extr.
ad pl. miſc. in mortario lapideo. D. ad ch. pro doſi & tales doſes no. 14. ad 14. ch. ſ. pulvis anti-hydropicus intermediis diebus ſumendus.

Cataplaſma inſigne ad tumores œdematoſos.

℞. ſterc. columbini in aceto macerat. ℔j. caprin. ℥iv.
ſalis triti ℥ii. ſulph. viv. ℥j. nitri ℥ß.
pulv. rad. enul. ebuli. bacc. laur. contuſ. ſumm. aneth. fl. chamom. ana ʒvi.
ſem. naſturt. ʒii. c. aq. fl. ſamb. & vin. ana qſ.
coq. ad pult. ſolidioris formam, ne manibus adhæreat; cui immiſce

tereb.

tereb. opt. ℥iß. mell. ℥ii. ſucc. ebul. ℥ij. rad. ir. noſtr. ℥iß. f. catapl. hydropicum.

Cura experta in aſcite deſperata.

Magna Domina ſyrupum de ſpina cervina & fermentatione factum ſub ſingula intumeſcentia duo cochlearia ſumpſit, quod mirifice tumorem conſumpſit in abdomine, in pedibus vero non ita, ideo & ſeq. cataplaſma applicatum.

℞. fimi columb. qu. ſ. c. tribus ✠ cereviſiæ & part. j. ✠ vini cataplaſma, ad conſiſtentiam pultis ſubactum, linteo duplicato inducendum.

Hoc cataplaſma à calce per ſuras utriuſque pedis extenſum ad genua usque, & ſingulo biduo renovatum eſt. Interea & ſequentes rotulæ quotidie bis ſumptæ ex conſilio D. Cnöffelii.

℞. acidi tartari ʒvj. antimonii fixi
fl. ſulph. ana ʒiij. pulv. aperitiv. ex ♂.
bezoardici martial. à ʒii. ſacch. alb. ℥vij.
ſpir. roſ. aq. cinamom. acut. ana ʒiij.
fl. cichor. lumbr. ana pro diſſolut. ſacch. qſ.
ol. ligni rhod. gt. ii. f. ſ. a rotulæ

Doſ. no. 7. m. & v. tribus hor. ante & poſt cibum, ſicque tumor, atque Domina illa integre reſtituta fuit.

In

In gangræna topicum Illuſtriſſimo Principi præſcriptum.

℞. herb. verbaſc. ſolan. hyoſciam. ana mv.
flor. ſamb. miij. roſ. mj.
ſem. lini. fœnigr. pſyll ana ℥ß.
aq. ſperm. ran. non deſtill. ℔viij.
coq. forti ebullitione, inque mucilagine expreſſa ſolv. camph. per amygd. exc. l. a. ſubactæ ℥ij.

Jam ℞. huius mixt. camphor.
aq. ſperm. ranar. non deſtill. ana ℔ij.
myrrh. in aq. nymph. ſol. ℥ij.
pulveris topici qs. miſc. topicum hoc ſingulo bihorio applicetur calide, linteamina ſemel applicata nunquam removendo, ſed identidem humectando cum ſpongia medicamine calente imbuta.

Pulvis topicus.

℞. lithargir. pulv. ℥ij. maſtic. myrrh. à ℥j.
ceruſſ. ſperm. cet. ana ʒij.
ſperniol. Croll. Theophr. ʒiij. m. f. pulv.
alias & hoc vinum balſamicum locale pedibus cum notabili ſucceſſu applicatum eſt.

℞. myrrh. ℥i. aloës. maſtic. ana ʒii.
ſperm. cet. ʒiij. vin. opt. Hungar. cum ſem. lin. fænugr. & rad. alth. ana qſ. coct. ℔iij. ſperm. ranar. non deſtill. ℥xL.
bulliant prius cum vino ſpecies, poſtea colato & frigefacto decocto admiſcebis tandem mucaginem.

Not.

Not. mucago ex ſeminibus & rad. alth. ſeparatim extrahi debet, poſtea ſperma ranarum admiſcetur.

SPLENETICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Pulvis aperitivus ſpleneticus.

℞. crem. tartar. albiſſ. ℥j. croc. ♂. aperit. ℥ß.
antim. diaph. fixi ʒi. gr. xvj.
eſſ. citr. rec. extr. ex cort. gr. xvj.

m. f. p. ſubtiliſſ. vires habet aperiendi, diſſolvendi & incidendi viſcerum infarctus. Doſ. ℈ii. ad ʒi. mane & poſt meridiem per 14 dies.

Pulvis cachecticus ſimplex D. Cnöf.

℞. limat. chalyb. puriſſ. probe lot. iterumque ſiccat. ℔j. hunc imbue cum lixivio ſalis abſ. per ✠ fact. qs. & iterum ſiccetur, qui labor tam diu repetendus, donec omnis limatura in ferrugineam ſubſtantiam ſit redacta ut pulveriſari & in tenuiſſimum pulverem reduci queat. Pulvis ita paratus vel prius bene edulcoratus ſervetur uſui. Inde poſtea fit:

Pulvis cachecticus compoſitus.

℞. pulv. cachect. ſimpl. ℥iv. caryophyll. cinamom. ana ℥ß. macis ʒii.
ſacch. albiſſ. ℥j. f. pulv.

in

In curanda cachexia hic pulvis D. Cnoffelio erat familiaris, omnem pallorem in morbo virgineo tollit, menſtrua inordinata corrigit, retenta promovet, & in reſeratione viſcerum obſtructorum remedium commodum eſt. Doſ. à ℈i. ad ℈ii. & ʒj. Cnöffelius pulverem hunc cachecticum ſibi paravit loco lixivii abſinth. cum ſucco purificato acetoſellæ, in quo prius aliquid cremoris tartari diſſolutum erat.

Tartarus Martiatus.

℞. vitrioli martis per ſpir. vitriol. ſeu ſulph. parat. ℥ß. ſolv. in ſucc. depur. acetoſell. ſ.q. add. crem. tartar. albiſſ. ℥iij. tinct. ſandal. q.ſ. tartarus ita impaſtatus leniſſimo calore exſiccandus, pulveriſandus & in vitro puro aſſervandus eſt. Doſ. ℈i. ad ʒi. in obſtructionibus viſcerum & vaſorum ſanguifluorum aliis remediis prævalet, menſtrua retenta promovet, aliisque morbis hepatis & lienis conducit.

Eſſentia martis vitriolata.

℞. vitriol. martis per ſpir. vitriol. parati arcani tartari ana pt. æqual. q v. pulveriſata miſc. opt. in mort. vitreo, pulvis commixtus ſupra vitream tabulam expanſus ponatur per octiduum & diutius in locum humidum & frigidum qui brevi poſt effloreſcens in liquorem rubeſcentem craſſiorem mutatur

aſpectus, ex quo poſtea beneficio ſpir. vini opt. & rectificati tinctura extrahitur ſanguinis inſtar rubicundiſſima, quæ per ch. filtrata in vitro bene clauſo ad uſum ſervetur.

Vires ſunt inſignes in obſtructionibus hypochondriorum, meſenterii, pancreatis, menſiumque ſuppreſſionibus morboque virgineo & cachexia. Doſ. ℈i. ad ʒi. plus minusve pro morbi natura in iuſculo vel vino.

Eſſentia martis compoſita.

℞. eſſ. mart. præced. ℥ß. tinct. corall Cn. ʒii.
eſſ. moſch. ambrat. ℈iv.

(Not. pro fœminis hæc omittenda, ejusque loco ſubſtituenda eſſ. caſtorii) M.

In melancholia, epilepſia uteri, aliisque morbis chronicis huius eſſ. virtutes ſunt admirabiles. Doſ. à ℈i. ad ʒß. & ultra in vino vel aliquo liquore appropriato.

Tinctura tartari.

℞. crem. tart. albiſſ. & opt. pulv.
ol. tartar. per deliq. fact. ana ℔ß.

miſc. ac leni cal. in vitreo vaſe iterum coagulentur. Ex hac maſſa, quæ prius ſuper porphyrite læviganda eſt, extrahitur tinctura rubicundiſſima beneficio aquæ temperatæ, q. ſ. quod tinctum eſt, auferatur, & nova aqua temperatauaffundatr, digeſtione

ſtione levi peracta iterum quod tinctum defundatur, liquores tincti filtrati abſtrahantur ad tertiam partem usque, reliqua tinctura tartari ſerv. ad uſum.

Præſtans eſt in melancholia & affectione hypochondriaca, arthritide, calculo & retentione urinæ. Omnes enim craſſos & tartareos humores expellit & in morbis chronicis & diuturnis febribus intermittentibus utiliſſima eſt medicina, in vino vel aqua deſtillata appropriata. Doſ. à ℈i. ad ℈ii.

Hanc tincturam etiam D. Cnöffelius extrahebat cum phlegmate vitrioli non ſolum pro uſu interno, ſed & externo, ad membra podagrica & dolentia illinenda. Topicum ab authore ſæpius adhibitum & probatum.

Spiritus tartari compoſitus.

℞. ſpir. tartari per infuſ. l. ſaſſafr. corr. ℥i.
tinct. ♂t. aperitiv. Cn. ℥ß. conf. alk. ʒi.
mixta.

Stent per n. vitro bene clauſo in digeſtione, poſtea filtr. & ad uſum ſerventur.

Vires ſunt incidendi, attenuandi, reſolvendi.

Hinc in arthritide, melancholia hypochondriaca, ſcorbuto, hydrope, aliisque lienis & meſenterii morbis & obſtructionibus convenit: ſudorem & urinam promovet, & ab omni tartarea obſtructione liberat. Doſ. à gt. x. ad xv. & ℈i.

Balſamum ſpleneticum externum D. Cn.

℞. ol. tartar. deſtill. & ſuper l. ſaſſafr. rectificat.
balſ. ſulph. per ol. juniper. fact. ana ℥ii.
ol. cappar. expr. (cum rad. anchuſa tinct.
℥ß. c.
cerat. ſantal. qs. f. balſ. conſiſt. conſuetæ, cui
adhuc admiſc. ol. lign. ſaſſafr. gt. xvi.

Duritiem & tumorem ſplenis à flatuoſis humoribus & tartareis impuritatibus reſolvit, ſi regio ſplenis bis in die inungatur.

Hæmorrhoidalia.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. app.

Cum Rex Caſimirus ob acrimoniam fœculenti ſanguinis non raro & aliquando 6. vel 7. ſeptimanis omni die hæmorrhoidum fluxu vulgaria medicorum remedia ſpernente laboraret, nihilominus ſequentibus Dr. Cnöffelii medicamentis fuit curatus.

Emulſio coralliata D. Cn. ad fluxum immodicum hæmorrhoidum.

℞. decoct. hord. aq. ſperm. ranar. deſtill.
ana ℥ii.
ſem. melon. cucumer. ana ʒii. amygd.
d. excort. no. viij.
f. l. a. emulſ. add. man. xti coralliat. ℥ß.
corall. r. cum ſperniol. inſuccat. ℈ii. oc.
69. ppt. ℈i.

m. Hanc emulſionem Rex per 10 dies continua-

nuavit, & ex ſolo uſu huius medicamenti convaluit.

Emulſio ſtyptica Reginæ

in fluxu magno hæmorrhoidum & menſtruorum cum metu dyſenteriæ ex præſcriptione D. Cn.

℞. decoct. hord. cum rad. ſerpentar. ſ. q. parati.
aq. ſtill. ſperm. ranar. ana ℥ii.
ſem. papav. alb. & nigr. ana ʒii.
gland. immatur. no. ij. amygd. d. excort. no. vj.
m. f. emulſ. cui adhuc adde
gelatin. cc. ℥ß. miv. cydoniat. ʒvj.
magiſt. corall butyr. ℈i. unic. foſſ. gr. xv.
extr. ſedativ. gr. j. m.

Semel hanc emulſionem Regem eundo cubitum bibit, unde fluxus uterque ceſſavit, ut medico auxilio amplius non indiguerit.

Oleum hæmorrhoidale.

℞. rad. ſcrophular. ℥ij. chelidon. ℥j.
herb. linar. c. flor. mij.
fol. hyoſciam. fl. verbaſc. ana mj.
ſpong. cynorrhod. n. jv. ſcarabæor. pil. no. xij.
ol. ſperm. ran. ℔iß. lini in ☉le albific. ℔ß.
facta maceratione add. ſucc. 69. ℥iij.
bulliant

 lento

lento igne ad consumpt. humiditatis, fiatque fortis expressio, insolentur adhuc per aliquot dies.

Mirum in modum lenit pertinacem tumidorum hæmorrhoidum dolorem, si calide applicetur.

Pulvis externus hæmorrhoidalis niger.

℞. sperniol. simpl. (ex oculis nigris ppt.)
corn. fossil. ana ʒvj.
alum. crud. vitriol. ad rubed. calc. à ʒiij.
gall. immatur. pulv. ℈vj. m. f. pulvis.

Usus eius externus est, non solum in fluxu nimio hæmorrhoidum, sed & in quavis hæmorrhagia, maxime vulnerum si gossypio exceptus osculis venarum stillantium imponatur.

Pulvis alius hæmorrhoidalis ruber.

℞. unic. foss. lacc. rubr. globulos. pictor. musc. crustac. oss. humanor. ana ℥ß.
alumin. crud. sperm. sicc. ex ipsis ranis cum proprio sperm. parat. ana ʒii.

m. f. p. eandem habet virtutem & usum cum præcedenti, nempe externum, etiam in desperatissimis hæmorrhagiis, cæteris remediis nihil juvantibus.

Pulvis hæmorrhoidalis internus.

℞. corall. r. ppt. unic. foss. sperniol. sicci s. ana ʒii.

sedativ.

ſedativ. citrat. ſ. gr. iij.
eſſ. roſ. veri odorif. gt. vj.
miſc. in mort.lapid. poſtea divid.in part.6.æq. in emulſione ſpecifica ſeu aq. ſperm. ran. ſumendas, omnem hæmorrhagiam ſiſtunt.

Rex à graviſſimo hæmorrhoidum fluxu in Italia curatus beneficio ſpongiæ in atramento ex vitriolo & galla parato intinctæ, & in orificium conſuetum intruſæ. Pro interno remedii præſcripta fuit infuſio ligni lentiſci, de qua ter in die bibit ſc. mane à meridie & veſperi aliquando & in prandio loco potus ordinarii.

ANTINEPHRITICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Specificum antinephriticum
ſeu
Medicamentum cryſtallinum à D. Andreæ Cnöffelio.
Regis Vladislai IV. uſibus dicatum.

℞. magiſter. cryſtal. montan.
lithontriptici ana ℥j.
tartari vitriolat. cryſtalliſati ℥ß.
ſpir. vitriol. coagulat. & fix.
ſantal. rub. pulv. ana ℨj.

m. probe ſubigendo in mort. vitreo in alwol. ſummum & arcanum in frangendo, atterendo, radicitusque pellendo calculo, cujuscunque ſpeciei & loci, ideo & in arthri-

tide aliisque morbis tartareis sumitur. Omnem enim impuritatem limosam per urinam expellit, & gonorrheam curat. Dos. à ℈j. ad ʒß. & ℈ii. in brod. vino vel alio liquore destillato bis, ter, vel quater in septimana.

Magisterium crystallorum Montan.

℞. crystallorum pellucidarum ℔j. ignian-tur, extinguanturque in spir. vitrioli non dephlegmati ℔ij. qui labor decies repetendus est, tandem super porphyritem redigatur in subtilissimum alcol: vires huius magisterii sunt ad calculum totius corporis atterendum. Prodest & podagricis & aliis quam pluribus morbis.

Spiritus vitrioli post præparationem crystallorum relictus filtretur & reservetur. Vires censetur habere diureticas. Dos. gt. vii. ad x. in jusculo carnis, decocto petroselini, aquis destillatis specificis.

Tartarus vitriolatus crystallisatus.

℞. spir. vitriolati crystallisat. part. j.
salis tartari liquidi part. ij. affund. guttatim

spir. vitrioli super liquorem salis tartari tamdiu, donec strepitus cesset, idque in vitro capaci, sic fiet coagulum. Sedata ebullitione & evaporata humiditate & quidem lento calore ad siccitatem residuum servetur pro specifico antinephritico.

Est

Eſt inſigne digeſtivum, quod in omnibus obſtructionibus viſcerum exhibetur. Doſ. à ℈ß. ad ʒj.

Magiſterium lithontripticon.

℞. ſpir. ſal. opt. rectif. ℔j. ſolv. in illo lap. judaic. lyncis, ſpongiæ, ætitis à ℥ß. oc. 69. ʒvi. infundantur lapides prius contriti ſpiritu ſalis, ſtent per aliquod tempus in digeſtione donec plane ſint ſoluti. Solutiones claræ, & flaveſcentes decantentur, & filtrentur, & cum ſpiritu vitrioli cryſtalliſato guttatim inſtillato præcipitentur in butyrum dulce, pulvis præcipitatus exſiccetur & aſſervetur in vitro puro.

Nota. Præcipitatus pulvis & cum ſpiritu ardente baccarum juniperi circulari poteſt, quo iterum abſtracto remanebit in fundo vitrei coagulum, inſtar butyri. Eſt medicina diſſolubilis in omni liquore.

Vires habet lithontripticas. Doſ. à ℈ß. ad ℈j. & ʒß. per ſe vel cum diuretico aliquo. Præcipue vero dicatur componendo ſpecifico antinephritico, ad quod etiam requiritur.

Spiritus vitrioli coagulatus.

Fiat prius ſal fixum nitri cum frequentiſſimo ſulphuris in crucibulo ignito injectione ut ſcis, ſecundo à ſale hoc fixo in MB. abſtrahe ſpir. vitrioli rectificatum, eo

usque, quo sal hoc nitri nil amplius receperit.

Pilulæ in calculo R. & V.

℞. magist. lithontript. antimon. diaph. resol. ana ʒß.
salis succin. ℈ß. gr. v. extr. sedativ. gr. iij.
succ. glycirrhiz. inspiss. gr. xii. m f. massa, ex qua formentur pil. no. 21. pro 3 vicibus, pro qualibus dosi n. 7. sumuntur circa noctem superbibenda bonum haustum aciduli vegetabilis.

Electuarium contra calculum D. Cn.

℞. sang. hirci secund. Helmont. ppt. ʒiij.
mag. lithontript. butyr. ℈vj.
cons. petrosel. heder. terr. ana ℥iß.
elæos. citr. ex rec. extim. cort. extr. ʒj.
syr. malv. comp. præparation. Cn. qs.
m. f. elect. usus. Mane à lecto surgenti sumitur quantitas nucis castaneæ per aliquod tempus.

Essentia lithontriptica & antiarthritica.

℞. spir. juniper. heder. (vel quod melius spir. lithontript.) ana ℔ß.
extr. rad. saxifrag. bacc. juniper. ana ʒij.
fol. hed. terr. alkek. ana ʒj.
sal. tartar. ʒi. ℈j.
ol. juniper. ʒj. carui, anis. ana ℈j.

Com-

Commixta diger. in vitro opt. clauſo tam diu, donec perfecte uniantur. Poſtea filtretur, uſuique aſſervetur in omni calculorum genere. Doſ. cochlear. ſemis ad j. & ij.

Nota. Lacryma vitis viniferæ menſe Martio collecta in calculo R. & V. eſt remedium ſæpe probatum doſ. ℥iij. bis in die.

Mixtura lithontriptica & anti-arthritica.

℞. tinct. tartari per ſpir. lithontr. fact. ℥iij.
ſpir. tartar. ſaſſafrat. ʒiij.
extr. lithontript. ʒj. eſſ. cort. rec. citr. q.v.
Stent per d. & n. in digeſtione, poſt filtr. Doſ. à ℈ß. ad ℈j. in liq. appropriato deſtillato ſeu vino Rhenano.

Colica Nephritica.

In hac Regi Vladislao IV. hæc formula fuit ordinata.

℞. tinct. tart. Cn. ʒii.
ſpir. carminat. lithontript. ana ʒvj.
elæoſ. citr. ex cort. rec. extr. qv.
m. f. mixtura. Doſ. cochl. ß. ad cochlear unum ſed parvum.

Spiritus vini lithontripticus officinæ Regiæ Warſavienſis.

℞. fol. hed. terr. mjv. ſem. dauc. mij.
rad. petroſel. raphan. maj. ana ʒß.

fruct. cynosbati mij. nucl. persic. contus. mj.
spir. avenacei ℔viij. stent in infusione per octiduum, postea destill. in MB. spiritus in prima destillatione prolectus tingatur cum fol. heder. terr. qs. in colorem viridissimum.

℞. huius spiritus ℔j. syr. violac. ℥iij.
salis vel ol. tartari guttas aliquot, & erit simili modo spir. vini lithontripticus viridissimus.

Emulsio nephritica D. B.

℞. sem. 4. frig. maj. exc. non rancid. à ʒij. papav. ʒj.
nucl. persic. ceras. amygd. amar. decort. ana ʒiij.
decoct. hord. cum sem. Dauc. ppt. ℥iv.
aq. petrosel. liq. betul. still. à ℥j. f. emulsio.
add. syr. seu iulap. è succo betul. de alth. Fernel. ana ʒiij.
oc. 69. ppt. ʒj. spir. fragor. gt. aliquot
m. f. Milch auf die Nacht auf 2mahl.

Arcanum sanguinis hirci c. calculum.

℞. sang. hirci secundum Helmont. ppt.
magist. lithontript. ana ℥ß.
sacch. albiss. pulv. ℥j. ess. citr. ex cort. extr. adpl.
m. f. pulv. Dos. ℈ii. ad ʒj. verum ita simpliciter hoc fieri nequit, nisi hircus lithontripticis herbis prius fuerit pastus.

VENE-

VENEREA.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7. App.

Species confortantes.

℞. ſpec. diaſatyr. ſimpl. diatrion. piper. à ʒiij.
diamoſch. d. diambr. ana ʒj.
lithontript. ʒij.
bolet. cerv. priap. cerv. carn. ſtinc. marin. ana ʒj.
ſem. urtic. eruc. ling. avis ana ʒij.
cardamom. cubeb. macis.
caſſ. lign. cinamomiſat. caryophyll. à ʒj.
ol. macis ℈ß. cinamom. gr. v. m. f. p. ſubtiliſſ.

In confortanda & ſtimulanda venere eſt pulvis præſtans. Doſ. ℈j. ad ʒß. plus minusve, pro ut medico videbitur, in aq. cinamomi cordiali qs. hora una ante ſomnum.

Trochiſci confortantes pro Rege Vladislao IV.

℞. magiſt. butyrac. perlar.
carn. ſtinc. mar priapi cerv. debito tempore (dum videlicet in coitu eſt) exciſi & ſubtiliter pulveriſati ana ʒj. ambr. gr. ʒß. macis. ʒij.
pulv. viperin. ſuccolad. Ind. ana ʒvj.
ſacch. albiſſ. ℥iß. cum glutine veratri cerv. qs.
conf. alk. ʒii. f. maſſa adde

ol.

ol. cinamom. gt. iij. caryophyll. gt. ij.
n. m. expr. ℈ß. eſſ. moſch. gt. xij.
Impaſtentur opt. f. trochiſci.

Ad reſtaurandam totam naturam, ſenibus, & iis conducunt ; qui officium maritale præſtare non poſſunt. Doſ. à ℈i. ad ℈ii. ſub ingreſſu lecti in hauſtu vini Malvatici optimi.

Trochiſci viperini confortantes Cn. pro Rege Vladislao IV.

℞. ambræ gr. cum ſem. alcææ odoriſ. in pulv. redactæ ʒii.
moſch. or. ver. opt. ℈i. mag. perlar. butyrac. ℈viij.
pulv. viper. ſimpl. ſuccolad. ind. pulv. à ℥i.
ſacch. canar. pulv. ℥ii. ex omnibus exacte mixtis

additis conf. alk. & gelatin. priapi cerv. à qſ. f. paſta mollis ex qua form. troch. minores ℈ß. ponderantes ; qui chartæ incluſi lente exſiccandi ſunt. Doſ. no. 1 v. uſque ad vi. & viij. hora una vel altera poſt cœnam , ſuperbibendo bonum hauſtum vini generoſi ſeu aquæ cinamomi cordialis.

Paſta Regia confortans.

℞. amygd. d. exc. ℥iv. pinear. mund. non rancid.
piſtac. decort. ana ℥iß. contund. probe & minutiſſime in mortario lapideo ad pultis formam , addendo per intervalla.

Aquæ

Aquæ cinamomi cord. qs. quibus post admisc. succolad. ind. subtil. pulv. ℥iii. sacch. alb. ℥xx. rad. satyr. cond. ℥ii. cort. aurant. cond. zingib. ind. cond. ana ℥i. nuc. ind. cond. ʒvi. spec. confort. ℥iii. cinamom. ℥iß. caryophyll. ℥ß. macis. ʒvi. ambr. ʒiß. misc. in mort. lapid. & f. massa tenax, ex qua form. orbiculi ad pl. qui exsicc. in sartagine occlusa vel super fornace, & asserventur in scat. lignea sicca.

Essentia Regia composita.

℞. conf. alk. ℥ß. ambr. ppt. ʒii.
ess. perlar. trium piper. per elix. Matthiol. fact. ana ʒi. ℈i.
ol. cinamom. gt. viii. caryophyll. gt. iv. macis ℈i.
spir. formic. compos. per spir. ardentem facti
elix. Matth. ana ℥iv.

Misc. probe & in vitro angusti orificii opt. clauso stent per octiduum in digestione, in loco tamen non nimis calido, postea filtr. & in vitro bene munito serventur.

Cordiale, cephalicum & venereum est insigne. Dos. gt. vii. ad xv. & ultra in vino generoso Hispan. seu moschatellino, vel aqua cinamomi.

Balsamum Vladislavianum.

℞. ol. n. m. expr. ungt. stomach. Reg. Cæcil. ana ℥ß.

axung.

axung. galli indic. ʒii.
rad. ar. pulv. pyrethr. ana ʒß. ſpec. dia 3 piper. ʒii.
alum. plumoſ. ℈ii.
ol. formic. per ol. ſpic. vel bacc. laur. facti. erucæ ſeu ſinapi ana ʒii.
ſtill. caryophyll. ℈i.
Moſchi ℈ii. zibeth. ʒiß. m. f. balſamum quo etiam teſticuli circumcirca iuunguntur.

UTERINA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Anthyſterica.

Eſſentia uterina Cnöffelii.

℞. galban. caſtor. opii corr. more Cn. ana ℥ii. ſpir. ſamb. vini, utriusque rectificat. à ℥xii. Miſc. probe clauſo ſtent in digeſtione ſupra fornac. per octiduum. Extractio bene prius transcolata in uſum ſervetur.

Eſſentia uterina alia, ſeu ſedativum uterinum Cnöffelianum.

℞. theriac. opt. ℥ii. extr. caſtor. ℥i. croc. ʒii. ſpir. ſedativ. Cnöff. ℔i. f. infuſio, & poſt digeſtionem aliquot dierum tinctura extracta & filtrata uſui ſervetur. Cui adhuc admiſceri poſſunt in ſpir. vini tartariſat. ſ. q. prius diſſoluta.
ol. ſtill. menth. carvi. ana ℈ii. m.
Doſ. à ℈i. ad ℈ii. & ℥i. in aqua aliqua hyſte-rica,

rica, sc. meliss. matricar. artemis. seu vino. Datur & per se cum exspectato sudore ante & in ipso paroxismo hysterico. Medicamentum est in qualicunque suffocatione matricis præstans. Præservationis causa sumitur, & singulis mensibus & circa illud tempus quo purgationes menstruorum instant.

Mixtura hysterica alia D. Cn.

℞. mixt. antiepilept. in forma liquida Cn. ess. eiusdem uterin. ana ℥ß.
aq. meliss. c. v. ℥ii. m. dos. cochl. semis

exhibitum aliquoties, remediis aliis multis frustra usurpatis: semper profuit, inde hæc mixtura à Clar. Cnöff. in communi usu habebatur.

Aqua hysterica composita.

℞. aq. meliss. citrat. artemis. epilept. lang. ana i.
hirund. comp. fl. cheir. cinamom. à ℥ß.
spir. sedativ. comp. Cn. ℥iß. meliss. ʒii.
conf. man. xt. perl. ℥i. magist. perl. butyrac. ℈ii.
corall. butyr. ʒi. m. f. aqua.

Datur hystericis muliercülis in parox. & extra eum à cochleari uno ad duo singulis binis horis; agitando tamen semper prius optime vitrum.

Pomum uterinum Cnöffelianum.

℞. caſtor. opt. rec. ℥iß. gumm. galban. ʒiij. aſ. fæt. ℈ii. ceræ qſ. m. & f. ſ.a. pomum, quod oleo ſuccin. ſeu rutæ inungendum, auri foliis obducendum, & capſulæ argenteæ ſeu ligneæ includendum eſt.

In aſcenſione ſeu ſtrangulatione uteri naribus admotum ſubito uterum ſiſtit, contra vero ſuave olentia utero admovenda.

In menſium defectu & retentione.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Ex conſilio medicorum v. ſ. inſtituitur & quidem ſtatim à principio & commodiſſime 3 vel 4 diebus ante tempus conſuetæ evacuationis, ut materia ad motum concitetur. Vena, quæ aperienda, in talo eligitur. Sectio & aliquando in robuſtioribus, & plethora repetenda eſt, una nempe uno die, poſtridie vero ex altero, in quantitate, pro ut conſtitutio perſonæ & morbi permittit.

Vinum chalybeatum.

℞. limat. chalyb. ℥iv. rad. ariſtol. rot. pimpinell.
dictamn. alb. ana ℥ß.
fol. roriſmar. majoran. puleg. meliſſ. à mß
ſpic. ind. ʒß.
flor. cheir. calendul. calcatripp. ana p. ij
cort

cort. aurant. ʒij. caſſ. lign. ℥ß.
caryophyll. ʒi. ℈i. ſpir. ſalis gt. aliquot.
Species inciſæ & gr. m. contuſæ includantur ſacculo, ex ſindone rubra, cui ſuperfund. vin. opt. qs. pro extractione ad ſupereminentiam ſc. 4. vel 6. digitorum addendo poſt ſaccharum pro lubitu.

Doſ. ℥iij. per dies 7. & antequam menſes fluere ſolent.

Nodulus ſive ſacculus alius pro vino medicato.

℞. herb. ſabin. ʒvi. artemiſ. r. puleg. meliſſ. ana p. iß.
rad. aſar. rub. tinctor.
lil. alb. ana ʒii. gramin. petroſel. à ʒi.
ſenn. el. ℥j. croc. or. macis ana ʒß.
borac. ven. cinam. el. ana ʒß.
Incid. et contund. gr. m. includantur nodulo, pro vino medicato.

Electuarium Martiale.

℞. conſ. meliſſ. puleg. flor. anth. ana ℥i.
cheir. cyani. calend. calcatripp. à ℥ß.
cond. rad. pimpinell. cort. aur. ana ʒß.
magiſt. flor. martis ℥ß. ℈iiß. gr. v.
xtall. tartar. mart. ℥i. ʒiiß.
c. ſyr. d. artemiſ. & cinamom. ana qs. f. elect. molliuſculum. Doſ. ʒii. per octiduum poſt egreſſum è balneo, & antequam menſes alias fluere ſoleant.

Xtallorum tartari chalybeatorum præparatio.

℞. crem. tartar. albiſſ. ℥viij. ſolv. prius in aqua ſeu decocto clarificato ſabin. qs. poſt adde vitriol. martis. Et poſt totalem diſſolutionem liq. filtra, ad med. evapora, ac in frigido loco ad cryſtalliſandum repone.

Egregium eſt aperitivum ad menſtrua retenta provocanda. Doſ. à ℈i. & ℈ii.

In brodio carnis ſeu pulli, vel in alio liq. deſtillato convenienti. Simili proceſſu fit ſaccharum chalibeatum.

Electuarium aliud chalybeatum.

℞. raſ. chalyb. ſubtil. ℥i. cinamom. opt. ℈ii. caryophyll. ℈i.
conſ. fl. anth. pulp. paſſ. min. ana ℥i. ʒi. & cum ſyr. meliſſ. & cinam. ſ. qs. f. electuar.

D. ʒi. ad ʒii. ſuperbibendo hauſtum vini opt. malvatic.

Pulvis ad promovenda menſtrua.

℞. crem. ♀r. ℈i. croc. ♂t. aperit. ℈ß. tartari vitriolat. gr. viij. ol. cinam. gt. i. elæoſacch. citrat. ex rec. cort. gr. iij. m. f. p. pro doſ. & tales Doſes no. XIV.

Pulvis alius chalybeatus.

℞. chalyb. ſubtiliſſ. limat. ʒiii. corall. r. ʒi. rad. rubiæ ʒiß. fol. laur. ʒß. ſabin.

roriſ-

rorismar. spec. arom. rosat. ana ℈i.
borrac. ʒj. macis ℈ß. croc. ℈ß.
sacch. canar. alb. duplum omnium m. f. pulv.

Efficacissimus est in suppress. menstruorum & partus promotione. Dos. ʒi. c. vino albo dulci, repetitis vicibus, & ante tempus illud, quo menses in ægra fluere consueverunt.

Pilulæ ad promovenda menstrua.

℞. troch. de myrrh. ʒiß. extr. sabin. ℈i.
castor. ℈ß. borrac. venet. cinamom. pulv. ana ℈ii.
ol. cinamom. gt. ij. c. syr. de artemis. qs.
f. pil. Dosis ʒi.

Trochisci de borrace officin.

℞. borrac. ven. ℥ß. sal. succin. vol. extr. sabin. ana ℈viij.
croc. ♂t. aperit. ℈iv. ol. cinam. gt. IV.
sacch. alb. subtil. pulv. ad p. o. cum mucil. gnmm. trag. per aq. conven. fact. qs.
f. troch. Dos. ℈iv. plus minusve, menstrua potenter movent.

Essentia florum.

℞. fol. puleg. rorismar. fl. cheir. cyani calcatripp. calendul. ana mj.
anther. s. stamin. lil. alb. ℥ii. ʒi.
cass. lign. ℥ii. croc. Hung. ℈ivß. inc. & cont. gr. m.

Irrorentur ol. tart. per deliq. gt. aliquot. adpe ſpir. ſecundin. ℔iv. ℥viij. diger. per aliquot d. in vitro bene munito ad totalem fere extra-ctionem ſpecierum, poſtea filtr. & ad uſum ſerv.

Vires. Menſtrua retenta promovet, & par-tum atque ſecundinas facilitat. Doſ. cochl. i. ii. iii. per ſe vel cum aqua cinamomi.

In fluxu menſium nimio.

* Ephem. Dec. I. An. 6.7. App.

Julapium Cnöffelianum gratiſſimum.

℞. aq. ſperm. ran. deſtill. ℥xl.
miv. cydoniat. aureæ ℥iv.
ſyr. ſperm. ran. corall. ana ℥ij.
ſpir. meliſſ. citrat. ſulphur. p. c. fact. qs.
ſedativi Cnöff. qs. pro morbi indigentia.

In omni ſanguinis profluvio, ſc. menſtruo-rum, lochiorum, hæmorrhoidum eſt reme-dium excellens, maxime pro fœminis de-licatioribus. Doſ. ℥iij. per plures dies & do-nec malum ceſſat. Datur & bis in die ſc. m. & v. cum corall. r. ppt. ʒi. pro potu or-dinario laudatur à multis.

Decoctum ligni lentiſci.

℞. ſcobis l. lentiſc. ℥iij. cort. aur. ſubvirid. ʒvj. aq. font. ℔vj. coq. ad 2 part. conſumpt. col. add. ſyr. corall. maſtich. mjv. cydon. aur. ana ℥iß. m. validius redditur, ſi in aqua ali-

qua

qua ſpecifica deſtillata fiat. L. lentiſcinum etiam infundi poterit vino rubro & auſtero, quo maximè viſcera corroborantur.

Electuarium ad fluxum menſtruorum.

℞. conſerv. roſ. antiq. flor. tunic.
cond. fruct. cynorrhod. ana ℥j.
cydon. cort. virid. aurant.
flor. aurant. ana ℥ß.
corall. r. cum ſperniol. ppt. ʒii.
ſedativi Cn. gr. v. conf. alk. incompl. ℈v.
c. ſyr. corall. ſ. q. f. elect.

Vires ex titulo patent. Doſ. ʒij. m. & v. & per intervalla, aliquoties in die magnitudine caſtaneæ dimidiæ.

Pulvis corallatus off. Regiæ.

℞. corall. r. propria Tinct. inſuccat.
cort. ov. cum liq. ſperm. ran. ppt. ana ℥ß.
unic. foſſ. ʒij. pulv. ſperniol. ſimpl. ℈jv.
gr. IV.
elæoſ. roſ. ʒß. m. f. pulv. fluxum menſtruum etiam poſt partum laborioſum nimium ſiſtit. Doſ. ʒj. in aqua appropriata. Præſcribebatur à D. Cnöffelio ſub hac formula:

℞. pulv. præſcript. ℈i. croc. ♂t. adſtring. boli inſuccat. Zwölf. ſeu ſpecific. dyſent. ana gr. xv.

usneæ human. (ex ossibus scil.) ℈ß.
sedativi Cnöff. gr. j. m. f. pulv. pro j. dosi s.
pulvis specificus in fluxu nimio mensium.

Topicum externum vitriolatum.

℞. vitriol. Hung. ad albed. phil. calcinat. q. v. sperm. ranar. beneficio alumin. & nitri in cella asservati pro incorporatione qs. ad pultis form. Hæc mixtura linteis cannabinis imbutis dorso & lumbis circum circa usque ad umbilicum frigide applicetur. Omnem fluxum sanguinis partium inferiorum miraculose & incantamenti instar cohibet. Et est certissimum experimentum in contumacissimo affectu, reliquis nihil juvantibus, & ubi periculum vitæ imminet.

Pessarium.

℞. fimi porcin. pulv. sperniol. simpl. ex nigris oculis parat. & propria mucagine insuccati qs. aq. alum. & vitriol. per aq. sperm. ran. fact. qs. f. massa, ex qua cum sindone rubra f. pessaria competentis magnitudinis. Immittantur utero, si nempe venæ cervicis uteri apertæ sint. Sunt qui loco fimi porc. asininum, tam extra quam intus exhibent. Lotio tibiarum in aq. frigida aut decocto adstringente & hic conducit.

De reliquo omnia illa remedia, quæ alias

in

in hæmorrhagia nimia hæmorrhoidum præſcribuntur, & hic locum habent.

Nota. Ne remedia topica nimis adſtringentia & refrigerantia adhibeantur, prius quam revulſiones ſufficienter celebratæ fuerint. Revulſiones autem inſtituuntur per ſectiones venarum in partibus ſuperioribus cum impetu & quidem reiteratis vicibus & digito per vices foramini admoto. Præſtat miſſionem ſanguinis partiri, & bis vel ter repetere, quam copioſiore ejus extractione vires dejicere. Quod ſi fluxus adhuc perſeveret, & vires ſectionem venarum non permittant, ejus loco cucurbitulæ dorſo & regioni hepatis ſunt applicandæ.

ANTIARTHRITICA.

* Eph. Dec. I. An. 6. 7. App.

In principio curationis, & ubi notabilis adeo efferveſcentia non erat, aut alias etiam circa æquinoctia vel maxime purgationes ſed leniores inſtituit D. Cnöffelius pilulas ſuas univerſales exhibens, quarum compoſitio talis erat.

℞. extr. helleb. nigr. maſs. pil. de trib. à ℈ß. ☿rii ſui fixi ſeu arcan. corall. gr. ii. m. & c. balſ. peruv. qſ. f. pil.

Peracta ſic purgatione curationem medicamentis ſpecificis, & inprimis illo ſuo incæpit.

Topicum ordinarium Regis Joannis Casimiri.

℞. sperm. ran. destill. phlegmat. vitriol. à ℔j. myrrh. r. pulv. ℥ij. m.

Cataplasma ad dolores & tumores podagricos.

℞. medull. pan. tritic. ℔j. temperetur lacte vaccin. rec. mulcto pro consistentia pultis prope ignem, absque tamen ebullitione adde

farin. avenæ. fl. chamom. pulv. cap. papav. pulv. fl. omnium ana ℥j. vitell. ov. no. ij. croc. ℨij. ol. 7. flor. ℥iß. m. f. cataplasma quod linteolis illitum tepide articulis dolentibus applicandum est bis, ter, & sæpius in die.

Cataplasma anodynum D. Cn.

℞. medull. pan. alb. cum liquore reservato mucaginis aquat. in formam pultis liquidioris redact. ℔iß.

pulv. fol. nicotian. nymphææ ana ℥ij.
fl. chamom. rad. ulmar. ana ℥j.
myrrh. r. el. vitriol. calcin. ad albed ℨvj.
medull. cass. rec. extr. ℥j. croc. ℨj. ℈j. m. f. catapl.

cui adhuc add. ol. sperm. ranar. parum. Applicandum calide, linteis raris exceptum, & pro necessitate reiterandum.

Empla-

Emplaſtrum antipodagricum anodynum nigrum offic. Regiæ Vladislai IV. à Cnöffelio inventum.

℞. ol.ſperm. ranar. lumbric. anod. ex 7 flor. Mynſ. ana ℔j.
adip. anſer. med. crur. vituli ana ℔ß.
lithargir. ℔iß.
ceruſſ. venet. ℔ij. coq. ad debitam empl. conſiſtentiam, add. ſeq. in alio vaſe prius liquefacta, & colata, utpote
ceræ odoratæ flav. ℔i. picis nigræ ſpecul. ſevi hædini ana ℥iij. his exacte mixtis & parum refrigeratis adde
Mpil. de tribus (ex myrrh. aloë & croco) maſticis, thuris ana ℥j.
pulv. ſperniolæ (ex oculis nigris per crebram inſuccationem cum propria mucag. parat.) ℥iii.
camph. in ol. ov. ſolut. ℥j. ſacch. ſaturni ʒvj
f. omnibus exacte inter ſe mixtis empl. nigrum anod. & nobile, in doloribus arthriticis magnum ſolatium. Uſus ejus præſtantiſſimus eſt, in ulceribus malignis corrodentibus, cancroſis, maxime tibiarum, quæ ob maximam materiæ impurioris & ſalinæ acrioris copiam ſanari non potuerunt.

Nota ſi forſan conſiſtentia emplaſtri non arrideret, adjectione ceræ & olei ſperm. ranar. corrigi poteſt.

Vinum

Vinum balſamicum pro S. Reg. Maj.

Ubi tumor & dolor plane evanuerat, ad articulos roborandos & confirmandos lotionem partium adhuc debilium inſtituit, vino ſuo balſamico ſic continuato.

℞. myrrh. r. ℨvj. maſtic. ℨij.
fl. lavend. mj. vin. Hungar. ℔iv.
coq. omnia leniter bulliendo, poſtea col. pro uſu exterioris applicationis.

Vinum balſamicum correctius poſt dolores finitos, & tumores adhuc relictos.

℞. herb. ſolan. & urtic. min. ana mij.
fl. lavend. ſamb. & chamomill. à mj.
ſem. lini. ℥ß. coq. in vini adſtring. ℔v.
in expreſſa mucagine incoque leniter bulliendo
lithargyr. ℨiij. myrrh. ℥ß. maſtic. ſperm. cet. ana ℨiij.

Miſce omnia, prius in pauco vino ſoluta, & colato. Hoc vinum balſamicum præ aliis Regi valde conducebat, inde & ejus uſum habuit familiarem, quem ſemper poſt finitum paroxiſmum repetiit.

ANTIFEBRILIA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Pulvis febrilis lithuanicus.

℞. alum. crud. n. m. ana ℨj.

oliban.

oliban.℈i.piper. nigr. gr. v. uſque ad vij.
caryophyll. gr. iij. uſque ad vj. m. f. p.
ſubtiliſſ.

præmiſſis præmittendis datur ʒß. ad ʒj. in aq. centaur. & acet. bezoard. ſeu ſimplicis ana ℥iß tribus repetitis vicibus ſemper ante paroxiſmum, febrem tollit cum admiratione.

Sal febrile compoſitum.

℞. nitri xtallin. ſive anod. mineral. ſal centaur. abſ. card. ben. alum. ſal. armon. ana part. æq. ſolv. in aq. card. ben. qſ. ſolutio filtretur & per evaporationem iterum in ſal cryſtallinum redigatur.

Jam ℞. huius ſalis comp. gr. xv. ſalis eſſentialis tartar. ℈ß. tartar. vitriolat. gr. v. ad viij. miſc. in mort. lap. ſeu vitreo in pulv. ſubtiliſſ.

Eſt arcanum febrile ſummum, maxime in febr. intermittentibus, ſc. tertianar. quartana, aliiſque febribus putridis. Datur & in aliis morbis diuturnis & chronicis ex obſtructione ortis, ut in icteritia & hydrope. Doſis ſingulis diebus matutinis horis & ſtomacho jeiuno per aliquot dies in aqua appropriata ſeu juſculo carnis, ex communicatione cuiusdam amici, qui beneficio huius medicamenti in curandis & extirpandis variis morbis miracula quaſi præſtitit.

Si in febribus putridis intermittentibus, quibuscunque apparente aliqua, etiamſi non perfecta

perfecta in urinis coctione, ægro ipſo die paroxiſmi medicamentum purgans dederis, ita ut effectum ſuum ante paroxiſmi invaſionem compleat (horis ſc. 4. aut 5. antequam paroxiſmum adventurum putas) videbis febrem poſt illum non amplius reverti, ſed prorſus tolli incantamenti inſtar, probatum in pluribus ſæpius & ſemper eventus reſpondit.

Elixir ſebrile Cnöffelianum.

℞. elixir. propr. ſpir. terræ ſigil. ana ℥ij.
extr. abſ. liquid. M. S. ana ℥iv.
centaur. ſolid.
angelic. ſolid. ana ʒij. ℈j. gr. iv.
m. ſtent in vitro bene clauſo per 4 horas in digeſt. poſtea filtra ſ. ut ſupra.

Vires. Omnis generis febres curat, maxime intermittentes, tormina ventris atque uteri ſedat, inſuper ſtomachicum ſpleneticum & hepaticum eſt ſingulare. Tempore peſtis eſt præſervativum & curativum præſentaneum, ab authore ſæpe probatum, alias ingrati ſaporis & odoris. Doſis à ʒj. ad ʒij. & ʒiij. cum convenienti vehiculo bis vel ter in die repetandum.

Liquor nitratus.

℞. aq. font. pane corr. ℥viij.
ſcorz. card. ben. ana ℥iv. rub. idæi ℥i.
roſ. alb. ℥j.

ſucc.

succ. citr. acid. rec. expr. ℥ij. rot. de
succo rib. ℥j.
man. xt. s. perlis syr. fr. rub. idæi ana ℥ij.
anod. mineral. xtall. ℈ij. ad ℈jv. vel qv. pl.
(in copia enim sumptum stomachum debilitat, & potum facit ingratum) m. f. potus gratissimus. Nos utimur in omni æstuante febre ac maligno morbo, non solum febrilem calorem exercet, & sitim extinguit, sed potus seu liquor est diaphoreticus, bezoardicus & diureticus acceptissimus. Dosis per se ab ℥j. ad ℥iij. singulis horis.

Liquor contra prunellam.

℞. aq. 69. ℥vj. sedi majoris. sperm. ranar. rosar. ana ℥ij.
phlegmatis vitrioli ℥jv.
syr. rub. id. violar. ana ℥iß.
diamoron. (ex fruct. nigr. cum sacch. ppt.) ℥j.
spir. vitriol. seu sulphur. cum nitro coagul. qs.
m. & f. collutio oris.

Contra inflammationem, siccitatem, asperitatem ac fissuras linguæ ac faucium, in febribus ardentibus & malignis, quod symptoma à Germanis vulgo die Bräune dici solet. Post gargarisationem illinatur lingua cum butyro recenti aqua sperm. ranar. loto. Extrahendus est etiam quamprimum sanguis

guis ex venis ſub lingua, & mirum ſine dubio videbis effectum.

Mucilago pro aſperitate linguæ & faucium.

℞. ſem. cydonior. pſyllii ana ʒj.
gummi tragac. ℈j. extrah. mucilago cum aq. cancror. comp. & ſperm. ranar. ana qſ.
Expreſſæ mucagini adde
ſyr. viol. rub. idæi ana qs. vel ad pl.
m. bene ſ. zur Bräune der Zungen und gifftigen hitzigen Fiebern.

Sunt qui aliquid nitri & guttam unam vel alteram ol. 4. ſem. frigidor admiſcere ſolent.

Lingua ſingulis diebus ſcalpro abſterſorio mundificanda eſt, & ſi venæ ſub lingua turgeant, aperiantur.

Aqua cancrorum.

℞. 69. fluviatil. rec. & contuſ. no. 30.
ſemperviv. maj. mvj. flor. prunell. mij.
liquor. transcolat. ſperm. ran. ℔iij. roſar. phlegm. vitriol. ana ℔ß. mixta deſtill. in baln. vapor. ſeu m. aqua prolecta poſtea ting. torna ſolis ex ſucco moror. factis ad colorem purpuraſcentem qſ.

In prunella & angina, ubi gutturis & faucium maxima eſt inflammatio multum valet, etiam in ulceribus palati ex lue venerea

ortis eſt valde efficax. Porrigitur tepide pro collutione oris ; ſingulis horis uſque ad ſanitatem perfectam. Inflammationi etiam externæ ex quacunque cauſa originem ducenti & ambuſtis multum confert.

VULNERARIA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Oleum anodynum refrigerans.

℞. ol. ſperm. ran. lumbr. ex ſucco 69. à ℔ß.
medull. crur. boum ℥jv. his mixtis immergantur
fol. hyoſciam. ſolan. ſemperviv. ana ℥iß.
fl. nymph. verbaſc. ſamb. roſar. ana ℥ij.
Digerantur aliquamdiu, poſtea coq. leniter & ad humiditatis exhalationem, poſt exprimantur fortiter : omnes dolores calidos mitigat; in febribus ardentibus, ſpina dorſi ea inungenda. Ex hoc oleo fit

Unguentum refrigerans.

℞. ol. anod. antea præſcripti ℥iv. ceræ alb. ℥i. quibus invicem liquatis ſub continua agitatione adde
aq. roſ. odor. ʒvj. in qua prius diſſol. ſit anod. mineral. ℈ii. ſperm. cet. rec. ʒvi. camph. ℈ii.
f. l. a. ung. refrigerans, quod potenter ſiſtit omnes inflammationes. Efficaciſſimum eſt ad combuſtiones, dolores podagricos & ul-

cera dolorifica antiqua; in doloribus renum & inguinum à cauſa calida & inflammatione ortis egregie conducit.

Balſamum Saturni alias butyrum Saturni.

℞. ol. anod. refriger. ℥iij. ſacch. ſaturn. xtalliſ. ℥ß.

acet. roſac. qs. redig. in mort. plumbeo ſeu patina ſtannea agitando in butyri conſiſtentiam.add.ol.ſtill. ver.roſar.gt.iij.

Omnibus inflammationibus, ambuſtis, eryſipelati, multiſque aliis convenit. Eſt enim ung. nobile refrigerans.

Unguentum auratum in ſcabie, & alopecia leproſa remedium certum.

℞. balſ. ſulphur. terebinth. ℥iß.
ol. tart. fæt. rectif. cum 🜍. ʒß.
flor. ſulphur. ʒij.
ſulphur. aurat. ex ſcor. regul. antimon. ʒi. ℈i.
mercur. dulc. gr. xxiv. m. f.linimentum.

Præmiſſis præmittendis loca ſcabioſa bis in die inungenda ſunt. Tollit & pſoram, & in alopecia leproſa, remedium eſt ſingulare & ſæpius probatum.

Medicamenta ſecreta ex ſpermate ranarum D. A. Cnöffelii.

Sperma ranarum à Paracelſo ſperniolum, ſperma

ſperma aquaticum & gluten aquaticum, à Cnöffelio mucago aquatica dictum colligitur à Pharmucopolis brevi ante novilunium, vel in ipſo novilunio, quo tempore collecta teſte Hartmanno in notis ad Croll. ad 30 annos durare poteſt, è contra ea quæ in plenilunio colligitur,facile putredinem concipit & maxime fætet.

Conſervatur autem beneficio aluminis in doliolo è ligno querno recenter fabrefacto, in hac proportione,nempe ad liquoris ſperm. ran. per ſaccum clarificati ℥xl. adiicitur aluminis uſti ʒj. tantum, aliquando ʒii. & ſic ſine ulteriore deſtillatione in loco frigido repoſitum in virtute & efficacia conſervatur citra periculum corruptionis per totum annum ac diutius.

Sperniolum ſiccum ordinarium D. Cn.

℞. ſperma ranar. menſe Martio & in ipſo novilunio coll. q.v. ponatur in ſaccum, quæ ſponte defluit aqua interim ſeorſim aſſervanda.

Jam ℞. ocul. nigror. in ſacco relictorum qv. in patella cuprea ſupra ignem ſpatula lignea continuo movendo, donec in pulv. ſubtiliſſimum redigi queant, vel quod melius in calore ſolis, vel poſt fornacem ſponte exiccentur.

Pulvis ex oculis ſperm. ran. tali modo paratus

ratus imprægnetur ſæpius cum proprio ſpermate ſuperius per ſaccum transcolato & denuo exiccetur, pulvis tandem aſſervandus.

Emplaſtrum ſpermatis ranarum D. Cnöffelii.

℞. ol. ſperm. ran. lumbr. cancror. ana ℥viij.
ceruſſ. pulv. ℔iß. coq. igne lento in ſartagine ampla ſpatula continuo agitando ad conſiſtentiam emplaſtri mollioris, cui ab igne remoto & parum refrigerato adde:
ceræ alb. (ſeorſim liquefactæ) ℥iii.
pulv. maſtich. thur. opt. ana ℨß.
ran. cum proprio ſperm. inſucc. ℥i.
camph. in ol. ov. diſſol. ℨiij. m. accuratè

Fiatque empl. debitæ conſiſtentiæ, quod multum conducit in inflammationibus & doloribus coërcendis & ad ulcera contumacia fluida & antiqua in tibiis curanda; inſuper ſalutare topicum externum eſt in omni fluxu ſanguineo, ac ſpeciatim hæmorrhoidum menſtruorumque, dorſo ſolum applicatum.

COSMETICA.

* Eph. Dec. 1. An. 6. 7. App.

Aqua coſmetica D. Cn. pro Principiſſa d'Eggenberg.

℞. aq. flor. fabar. nymph. lil. alb. ana ℥ii.

rad.

rad. sigill. sal. sperm. ranar. ana ℥iß.
rosʃ. alb. ℥ß.
tinct. cosmet. qs. pro lactescentia
magister. marcasit. ℈iv.
sacch. saturn. xtallin. ʒj. camph. ℈ii.
ol. tart. per deliq. fact. gt. xxiv. m. f. aqua.

Tinctura cosmetica alba.

℞. bals. alb. & clar. Ægyptiac. qv.
spir. vin. opt. rectif. qs.
ol. veri still. ros. gt. aliquot. m. & in phiola sufficiente digestione peracta tinctura alba effunditur, novus spiritus affunditur, ad totalem dissolutionem balsami. Coniuncti postea colentur per linteum subtile & purum. Usus esto talis:

℞. aq. sigill. salom. fl. fabar. lil. alb. saponar. ana ℥ß.
tinct. cosmet. alb. præced. pro lactesc. qs.
ess. odorif. ros. gt. j. m. & f. lac virginis.
Mixtura ista facies m. & v. abluatur. Cutim abstergit, & albiorem atque delicatiorem reddit.

Tinctura cosmetica rubra.

℞. myrrh. r. el. asæ dulc. styr. calam. ana ℥j.
spir. vin. opt. rectif. ℔iß. spir. rosar. ardentis opt. rectif. ℔ß. Stent in vitro bene clauso, tamdiu in digest. donec spiritus rubicundissime tingatur. Postea filtrata serv. ad usum.

Asthmaticis prodest, uti & catharrosis &

 aliis

aliis morbis pectoris dos. gr. x. ad xx. in aq. veronicæ, tussilaginis vel violarum.

Usus externus est cosmeticus ad manuum & faciei lavacra, & cum tinctura cosmet. alba superius descripta convenit. In aqua fl. fabar. lil. alb. seu sperm. ran. infusa lactescentem reddit liquorem, inde & lac virginis dicitur, quod strophiolo puro prius infusum, manibus & faciei adhibitum cutim reddit nitidam.

Balsamum cosmeticum.

℞. ung. pomat. ℥ß. ol. jasmin. Rom. rec. ʒj. salis tartar. deliquat. ℈ii. sperm. cet. ʒv. magist. marcasit. ʒij. m. f. balsamum.

Balsamum aliud cosmeticum.

℞. sperm. cet. ℥ß. ol. tart. per. deliq. qs. Misce opt. in mort. vitreo, deinde adde ol. jasmin. ʒij. succi acid. citr. ʒiij. magist. marcasit. sacch. saturn. ana ʒj. m. f. bals.

Asperitatem cutis lenit, glabram, subtilem & albicantem è contra reddit.

Unguentum cosmeticum.

℞. alb. ovor. rec. no. ij. bene conquassati & in spumam redacti.
succi seu aciditatis citri rec. extr. tantundem. Mixta coq. in ollula nova vitreata

lento

lento carbonum igne tamdiu, donec tandem abeant in consistentiam pomatæ albissimæ. Materia interim iuxta coquendum spatula lignea continuò agitanda est, & ubi refrixerit, adhuc addi possunt

sperm.cet.℥ß.ol.jasmin.ʒj.m.f.linimentum Utendi modus est, ut cubitum itura faciem illo illinat, mane vero eandem linteo puro iterum detergat.

Linimentum defensivum.

Cujus beneficio à vestigiis variolarum plures immunes manserunt.

℞. frustum lardi veteris, hoc accende super patinam flore lactis plenam, pinguedinem destillantem & lacti supernatantem cochleari argenteo collige, & cum penicillo eadem intincto variolas iam maturas, & antequam arescere incipiant, inungito. Sic facies immunis erit ab omnibus variolarum vestigiis, quod non solum in aliis multis personis, sed & in ipsa Serenissima Regina probatum est, medicamentum quidem videtur esse simplex, sed est magnæ virtutis & utilitatis.

Potio communis purgativa.

℞. Tamarind. ℥ß. fol. senn. ʒij. rhei ʒiß. coq. in s. q. aquæ ad ℥iij, in col. dissolv. mannæ & syr. ros. sol. ana ℥j. m. f. potio. Sydenham.

Emeticum commune.

℞. aq. card. ben. ℥ij. infuſ. croc. metall. ℥j.
ſyr. caryophyll. ℥ß. m. f. vomitorium.
Sumat hora 4ta pomeridiana, ſuperbibendo poſt ſingulas vomitiones hauſtum largum liquoris poſſetici. * Sydenham.

Julapium perlatum.

℞. aq. ceraſ. n. lact. alexiter. ana ℥iij.
cinamom. hord. ℥j. roſar. Damaſcen. ℥iß.
margar. ppt. ʒiß. ſacch. xtallin. qs.
f. julap. de quo capiat cochl. IV. vel V. in languoribus. * Sydenham.

Julapium cardiacum.

℞. aq. lact. alexiter. ceraſ. nigr. ana ℥iij.
epidemic.
ſyr. caryophyll. de ſucco citr. ana ℥ß. m.
f. julapium, de quo capiat ſæpius.* Sydenham.

Decoctum diæteticum.

℞. rad. ſarſap. ℥vj. l. ſaſſafr. chin. ana ℥ij.
glycirrhiz. ℥iß. coq. in aq. font. congiis ij.
per horæ dimidium. Deinde ſtent clauſæ ſuper cineres calidos per horas xij. poſtea ebulliant ad tertiæ partis conſumptionem. Cum primum ab igne amovetur, infund. ſem. aniſ. ʒß. poſt 2 horas coletur, & poſtea depu-

depuretur per residentiam, & liquor reponatur in lagenis vitreis probe clausis ad usum. Sit pro potu ordinario per xxx dies. * Sydenham.

Apozema aperiens & antiscorbuticum.

℞. rad. gram. cichor. fænic. asparag. ana ℥j.
uvar. corinth. & passul. enucleat. ana ℥ij.
fol. hepat. lingu. cervin. capill. veneris ana mj.
beccabung. sub finem addit. mij.
coq. c. s. q. aq. font. ad ℔ij. sub finem adde vini rhen. ℔ß. colatura adhuc calente infunde ad duas horas vase clauso cochlear. hort. mj. col. add. syr. è v. radicib. & è succo aurant. ana ℥ii. aquæ cinam. hord. ℥j. m. f. apozema. Sumat ℔ß. mane & 5ta pomeridiana per XIV dies. * Sydenham.

Eclegma incrassans in tussi.

℞. ol. amygd. d. ℥i. syr. papav. rhæad. portulac. jujub. & looch sani ana ℥ß.
sacch. xtallin. qs. in mort. marmor. ad integræ horæ spacium & f. linctus perfecte mixtus. Recondatur in olla figulina ad usum. Capiat sæpius lambendo è baculo liquiritiæ. * Sydenham.

Eclegma fortius incrassans.

℞. conf. rof. r. syr. viol. & de Mecon. ana ℥j.

 sem.

sem. papav.alb.ʒiij contund. simul & per setaceum trajiciantur, deinde add. ol. n. m. expr. gr. vj. f. Eclegma. * Sydenham.

In defluxione tenui.

℞. conf. rof. r. ℥ii. syr. de Mecon. & iuiub. ana ℥i. olib. mastich. succin. ana ʒj. ol. n. m. expr. gr. vj. m. f. looch de quo lambat sæpe, bis in die capiat eclegma descript. cochl. i. instillando balf. sulphur. anis. à gt. viij. ad gt. xij. * Sydenham.

Cerevisia purgativa.

℞. polypod. qu. ℔i. rhab. monach. fol. senn. & paff. enucl. ana ℔ß. rhabarb. incis. & raphan. rustic. ana ℥iij. fol. cochlear. hort. falv. à mjv. aurant. incis. no. iv. in fund. in cong. v. vel vj. cerevisiæ non lupulatæ fermentationis tempore, & quando ad maturitatem pervenerit, sit pro potu ordinario per dies 14. vel 21. præcipue vero sumat haustum singulis auroris. * Sydenham.

Emplastrum hystericum.

℞. galban. in tinct. castor. solut. & col. ʒiij. tacamah. ʒii. f. empl. pro umbilico. * Sydenham.

Catharticum pro infantibus minimis.

℞. syr. cich. c. rh. coch. j. parvulum. * Sydenham.

Deco-

Decoctum amarum purgativum.

℞. decoct. amar. duplicata ſenna ℥iv.
ſyr. d. ſpir. cerv. ℥j. elect. d. ſucc. roſar. ʒij.
m. f. potio. * Sydenham.

Affectio in fœminis hyſterica, in maribus hypochondriaca.

Mittatur ſanguis ad ℥viij.
empl. de galban. umbilico admoveatur.
ſeq. mane aggrediatur uſum ſeq. pilularum.
℞. pil. coch. maj. ʒij. caſtor. pulv. gr. ij.
balſ. peruv. gt. iij. f. pil. no. xij. capiat iiij.
Singulis vel alternis matutinis pro ratione virium hora 4ta vel quinta matutina ſuperdormiendo.

℞. aq. rutæ ℥iv. bryon. comp. ℥ij.
caſtor. nodulo ligat. & in vitro ſuſpenſ. ʒß
ſacch. cryſtall. qs. de quo capiat cochl. iv.
vel v. in omni languore; poſt pilulas ſumptas utatur ſequentibus:

℞. limat. chalyb. gr. viij. c. ſ. q. extract.
abſ. f. pil. no. iij. Sumat ſummo mane & repetantur hora 5ta pomeridiana per 30 dies, ſuperbibendo hauſtum vini abſynthitis; ſi forma boli arrideat,

℞. conſ. abſ. Rom. & conſ. fl. aurant. ana ℥i.
Angelic. cond. n. m. cond. theriac. Androm. ana ℥ß.
pulv. ari comp. ʒiij. zinzib. cond. ʒij.

c. ſ.

c. f. q. ſyr. d. ſucc. citri vel eius defectu. ſyr. aurant. f. Electuarium.

℞. elect. præſcript. ℨij limat. chalyb. gr. viij. c. ſ q. ſyr. aurant. f. bolus ſumendus mane & ſero, ſuperbibendo hauſtum vini abſynthit. vel cochlear. vel ſeq. infuſionis.

℞. rad. angelic. enul. o. imperator ana ℥j.
fol. abſ. vulg. cent. min. marrub. alb.
chamædr. ana mj.
cort. aurant. duorum inciſ.

affund. vin. Hiſpan. qs. ad ſupereminentiam duorum digitorum, colentur tempore uſus. Vel in delicatulis chalybs exhiberi poterit in forma pulveris ſequentis:

℞. limat. chalyb. probe trit. ℥j.
pulv. ari comp. ʒvj.
ſem. coriandr. ppt. anis. fænic. d. ana ℥ß.
cinamom. acutiſſ. corallor. ppt. ana ʒiij.
n. m. ʒij. f. pulv. ſubtiliſſ. cui adde
ſacch. albiſſ. ad p. o. huius capiat è cochl.
ʒß. bis in die per 4 dies ſuperbibendo
cochl. vi. ſeq. julap. vel vini abſynthitis.

℞. aq. lact. alexiter. ℥xij.
gentian. comp. ℥iv.
abſinth. magis compoſ. ℥ij.
ſacch. albiſſ. qs. f. julapium vel

℞. vin. rhen. abſinth. ℔ß.
aq. gentian. comp. ℥ij.
ſyr. caryophyll. ℥ii. f. iulap.

℞. myrrh. el. galban. aſ. fæt. ana ʒj.
caſtor. ʒß. c. ſ. q. balſ. peruv. f. pil.

è ſin-

è ſingulis drachmis xij. ſumat iij. ſingulis noctibus ſuperbibendo aq. bryoniæ compoſ. cochl. iij. vel iv. per totum decurſum huius proceſſus.

Si pilulæ præſcriptæ ventrem moverint, utatur ſequentibus:

℞. caſtor. ʒi. ſal.ſuccin. vol. ʒß. c. ſ. q. extr. rutæ f. pil. no. xxiv. capiat iij. ſingulis noctibus. Superbibendo iulapii hyſterici cochl. iii. vel jv.

ſpir. cc. ad gt. xvi. xviij. in aqua aliqua appropriata ſæpius exhibitus valde confert.

Si vero his non cedat remediis, tum capiat ſequentes pilulas:

℞. troch. de myrrh. pulv. ℈i. balſ.ſulphur.tereb. gt. iv. gumm. ammon. ſolut. f. pil. no. iv. capiat mane & ſerv. ſuperbibendo iulep. hyſter. cochlear. iv. vel v. inſtillando ſpir. cc. gt. xij.

Electuarium antiſcorbuticum cum aqua ibidem deſcripta prodeſt in his affectionibus ut & electuarium corroborans cum additione conſerv. cochlear. hort. ℥i. pulv. ari comp. ʒvi. ſuperbibendo aquam præſcriptam.

At ſi affectus his non cedat remediis, adeundum eſt ad aquas ferreas, & ſi neque his, tum ad ſulphureas, quales ſunt Bathonienſes.

Inter bibendum aquas ferreas hæc obſervanda. Si aliquod ſymptoma gravius acceſſerit, quod ad potationem aquarum referri poteſt, tunc ab iis æger abſtineat, donec

nec ſymptoma iſtud penitus evanuerit; æger in earum uſu per ſex ſeptimanas ad minimum vel potius ad duos menſes perſeveret. Zinziber conditum vel ſemina carui ſaccharata ad calefaciendum ventriculum ſubinde ſumantur. Pilulæ etiam hyſtericæ iij. devorari poſſunt per primas x. noctes. Superbibendo iulapii hyſterici cochlearia 4 vel 5.

Quoad uſum aquarum Bathonienſium, duobus diebus bibat eas, ac tertio die per modum balnei eas ingrediatur, atque ita alternatim per ſex ſeptimanas vel duos menſes. * Sydenham.

Febres intermittentes.

℞. cort. peruv. ſubtiliſſ. pulv. ℥j. cum ſ.q. ſyr. caryophyll. vel de roſ. ſiccis f. elect. dividendum in xii. doſes, quarum unam capiat 4ta quoque hora ſuperbibendo vini cujuslibet hauſtum, incipiendo immediate poſt paroxiſmum.

Si autem præſcripti boli ventrem moverint, in hauſtu vini dantur guttæ x. laudani liquidi ſingulis vel alternis vicibus poſt aſſumptionem boli, ut opus fuerit.

Ad recidivam præcavendam (præcipue in quartana) repetatur proceſſus prædictus ſingulis ſeptimanis per tres alias vices.

Si forma pilularum magis arrideat.

℞. cort. peruv. pulv. ℥j. c. ſ.q. ſyr. caryophyll. f. pil.

f. pil. mediocris magnitudinis, quarum capiat ſex quarta quoque hora.

℞. cort. peruv. pulv. ℥ii. vin. Rhen. ℔ii. ſtent ſimul in infuſione frigida & coletur per manicam Hippocratis. Uſus tempore capiat ℥iii. tertia vel quarta quoque hora.

Altera methodus curandi tertianas.

℞. ſerpentar. virgin. ſubtiliſſ. pulv. gr. xv. vini alb. ℥iij. Sumat duabus horis ante paroxiſmum & ſtragulis coopertus æger ſudet per tres vel quatuor horas, idem faciendo per duas alias vices ante paroxiſmum.

In infantibus febre intermittente laborantibus.

℞. aq. ceraſ. n. & vin. Rhenan. ana ℥ii.
cort. peruv. ſubtiliſſ. pulv. ʒiii.
ſyr. caryophyll. ℥i. m. f. iulap.

capiat cochlear. i. alterum pro ratione ætatis quarta quaque hora, donec paroxiſmi non amplius diſcrucient, inſtillando alternis vicibus, ſi diarrhœa adfuerit, laud. liquidi gt. i. vel ii.

Febris graſſans ab anno 1684. ad 90.

Cum exacerbatione prope noctem, inquietudine, ſiti, lingua ſicca ſcabra, phreneſi, petechiis, maculis purpureis, eruptionibus miliaribus &c. hæc fuit Sydenhamii methodus.

Miſit

Misit sanguinem ad ℥x. è brachio. Reiteravit vs. si respirationis difficultas, dolor capitis, inter tussiendum lancinans, & alia signa peripnevmoniæ nothæ adfuerint. In hoc casu tam vs. quam catharsis repetenda, donec æger convaluerit.

Vesperi applicatum epispasticum, & sequenti aurora potio lenitiva præscripta, quæ ad tertiam vicem alternis diebus repetita, & hora somni post catharsin, haustus pacificus propinatus.

℞. aq. paralys. ℥iii. syr. de mecon. ʒj.
succ. limon. rec. extr. cochl. ii. m. f. haustus.

Aphthæ & singultus sponte sua post curationem febris sponte evanuerunt. Si in longum tempus decurrant, facile fugata cort. peruv. ℥i. cum syr. papav. rhæad. qs. in formam electuarii vel scil. redacta, superbibendo haustum lactis deflorati. Remedium hoc certissime scopum attinget, si non frustentur eius vires ex iugi ægri in lecto decubitu.

Diebus à purgatione liberis seq. præscripta.

℞. conserv. lujul. & cynosbat. ana ℥i.
berber. ℥ß.
crem. tartar. ʒj. c. s. q. syr. de limon. f. electuar. de quo capiat ad magnitudinem n. m. ter in die, superbibendo seq. iulapii cochlear. vi.

℞. aq. portulac. lactuc. paralys. ana ℥iii.
syr. de limon. ℥iß. syr. viol. ℥i. m. f. iulap.

si se-

ſi febris ita ventriculum infeſtet, ut æger potionem retinere nequeat, pil. coch. maj. ad ℈ij. exhibitæ, tum etiam hypnoticum eſt conceſſum, v.g. laudan. Londin. gr. iß. cum ſimili quantitate maſtichis, vel laudani liquidi gt. xviij. in aq. cinamom. hord. ℥i.

Decoctum album fuit pro potu, ut & cereviſia tenuis pro lubitu.

Pro infantibus tali febre laborantibus.

Hirudines duæ utrimque pone aures applicatæ, dein empl. epiſpaſticum poſteriori cervicis admotum.

Cum cereviſia, qua rhab. fuit infuſum, purgatum, ſi poſt catharſin febris intermittere viſa, tum iulapium cum cortice peruviano (in capite de febre intermittente pro infantibus deſcriptum) exhibitum. * Sydenham.

Febris ſcarlatina.

℞. cc. uſt. pulv. è chel. 69. comp. ana ʒß. cochinell gr. ii. ſacch. cryſtall. ʒi m. f. pulv. ſubtiliſſ. in xij. chart. dividendus, quarum unam capiet ſexta quaque hora, ſuperbibendo cochlear. ii. vel iij. ſequentis iulapii.

℞. aquæ ceraſor. n. lactis alexiter. ana ℥iij. ſyr. è ſucc. citr. ℥i. m. f. iulapium.

Applicetur etiam epiſpaſticum poſteriori cervici & qualibet nocte paregoricum ex

syr. de meconio propinetur, & postquam symptomata cessaverint, purgetur æger. * Sydenham.

Pleuritis.

Mittatur sanguis è brachio lateris affecti ad ℥x.

℞. aq. pap. rhæad. ℥iv. sal prunell. ʒj.
syr. violar. ℥j. m. f. haustus sumendus statim à prima v. s.

℞. amygd. s. excort. no. v.
semen. melon. peponum ana ʒß.
papav. alb. ʒiij.
aq. hord. ℔iß. rosar. ʒii. c. s. q. sacch. cand.
f. s. a. emulsio capiat ℥iv. quarta quaque hora.

℞. decoct. pectoral. ℔ii. syr. viol. capill. ♀r. ana ℥iß.
m. f. apozema cap. ℔ß. ter in die.

℞. ol. amygd. d. ℥ii syr. viol. capill. ♀r. ana ℥j.
sacch. cand. q. s. m. f. eclegma, de quo sæpe lambat.

Oleum amygd. d. per se vel ol. sem. lin. rec. extracti exhiberi potest.

℞. ol. amygd. d. lil. ungt. dialth. ana ℥j.
m. f. linimentum, quo inungatur latus affectum mane & sero, superimponendo fol. brassicæ. Repetatur v. s. ad tres alias vices, ad eandem qv. diebus continuis, ubi dolor & difficultas suadent. * Sydenham.

Peri-

Peripnevmonia notha.

Mittatur ſanguis è bracchio dextro ad ℥x. die ſeq. æger hanc potionem ſumat.

℞. caſſ. extr. ℥i. glycirrh. ʒii. ficus pingues no. iv. fol. ſenn. ʒiiß. agaric. troch. ʒj. coq. ſ. q. aquæ ad ℥iiij. in colat. diſſolv. mannæ ℥j. ſyr. roſ. ſol. ℥ß.

Si vero potionem aſſumere nequeat, capiat pil. coch. maj. ℈ii. hora quarta matutina. Sequenti die iterum celebretur v. ſ. ad eandem qv. ac poſtero die repetatur catharſis, quæ porrò repetenda eſt alternis diebus, vel poſt majora intervalla pro ratione virium; atque inſuper ſi ſymptomata non ceſſaverint, extrahatur iterum ſanguis ſemel adhuc, bis vel ſæpius diebus aliquot interjectis; prout res poſtulaverit, ſed ut plurimum v. ſ. bis celebrata ſufficiet. Interim dum hæc fiunt, præſertim in diebus à purgatione vacuis, utatur decocto pectorali, eclegmate & oleo amygd. d. in pleuritide deſcriptis. * Sydenham.

Rheumatiſmus.

Mittatur ſanguis è brachio lateris ad ℥x.

℞. aq. nymph. portulac. lactuc. ana ℥iv. ſyr. d. limonib. ℥iß. ſyr. violac. ℥i. m. f. iulap. de quo bibat ad libitum.

Præſcribendo emulſio 4. ſem. fr. maior.

Cataplaſma è mica pan. albiſſ. & lacte croco tincto applicetur parti dolenti.

Die ſequenti eadem ſanguinis quantitas detrahatur. Atque iterum die uno vel altero interjecto reiteretur, atque porro quater vel pluries, ſi opus fuerit, hoc obſervando, ut poſt ſecundam v. ſ. maiora ſint intervalla inter ſingulas ſanguinis miſſiones.

Diebus à phlebotomia vacuis enema è lacte ſaccharato ſubinde iniiciatur, vel ſequens.

℞. decoct. comm. pro clyſt. ℔j. ſyr. violar. & ſacch. culinar. ana ℥ij. m. f. enema.

Si imbecillitas ægri repetitionem phlebotomiæ non ferat, poſt ſecundam vel tertiam v. ſ. curatio hac methodo tentanda.

Capiat alternis diebus potionem communem, donec convaluerit, & iisdem noctibus paregoricon ex ſyr. de meconio.

Si his remediis non cedat, & æger ob imbecillitatem evacuationes qualeſcunque ferre nequeat, aggrediatur uſum electuarii & aq. antiſcorb. (in ſcorbuto deſcripti) quæ etiam remedia locum habent in rheumatiſmo ſcorbutico.

In iuvenibus atque iis, qui temperatè vixerunt, vino non plus dediti, rheumatiſmus diæta ſimplici admodum refrigerante & mediocriter nutriente æquè feliciter, ac repetitis venæ ſectionibus profligari poteſt. Ex. gr. ſolo lactis ſero ad dies quatuor veſcatur æger, poſtea præter ſerum pane ſimilagineo ſemel in die loco prandii, donec penitus convaleſcat. Niſi quod poſtremis diebus alium inſuper panem pro cœna indulgere

gere liceat. Symptomatis cessantibus carnes pullorum elixorum cœteraque eupepa concedantur, tertio autem die solo lactis sero victitet, donec tandem pancratice valeat. * Sydenham.

Febris erysipelatosa.

Mittatur sanguis è brachio ad ℥ix. vel x. die sequente sumat potionem communem purgativam.

℞. rad. alth. & lilior. ana ℥j.
malv. verbasc. sambuc. fl. chamom. melilot.
summ. hyperic. cent. minor. ana mj.
sem. lini fœnugr. ana ℥ß. coq. s. q. aq. ad ℔iij.

col. liquor. & tempore usus add. singulis libris decoct. spir. vin. ℥ij. stuphæ è panno laneo decocto immersæ ac expressæ, calide admoveantur bis in die, & pars affecta post fotum sequenti mixtura illinatur.

℞. spir. vini theriac. Andromach. ℥ii.
pulv. piper. long. & caryophyll. ana ʒij.

f. mixtura, qua charta emporetica madefacta parti affectæ circumvolvatur.

Si primæ v. s. non cedat morbus, tum repetatur, & adhuc non cessante, ad duas alias vices celebretur, interposito semper die uno.

Diebus à venæ sectione liberis enema è lacte c. syr. viol. emulsio refrigerans & iu-

lapium refrigerans sunt præscribenda.

De pruritu ferino & inveteratis cutis eruptionibus, quæ v.s. & catharsi cedunt.

℞. theriac. androm. ʒß. elect. de ovo ℈i.
rad. serpentar. virg. subtiliss. pulv. gr. xv.
lap. bez. or. c. f. q. syr. è conditur. citri
f. bolus hora somni sumendus per dies XXI.
superbibendo cochlear. vj. seq. julapii.

℞. aq. card. ben. ℥vj.
epidem. & theriac. stillat. ana ℥ii.
syr. caryophyll. ℥i. m. f. iulap.
singulis matutinis capiat liquor. posset. ℔ß.
calide & sudet horæ unius spacio.

His finitis, si pustulæ adhuc non evanuerint seq. linimento partes affectæ inunguntur.

℞. ung. ex oxilapath. ℥ii. ung. pomat. ℥j.
flor. sulphur. ʒiij. ol. rhod. ℈ß. f. liniment.
veruntamen medicamenta præscripta haud usurpentur, nisi v. s. & catharsi præmissis.
* Sydenham.

Angina.

Mittatur sanguis è brachio copiose, tangantur partes inflammatæ melle rosaceo, spiritu vitrioli vel sulphuris ad summum acorem permixto, vel spiritu vitrioli solo, mox gargarisma sequens usurpetur, non vulgari modo, sed ita ut sine ulla agitatione in ore contineatur, donec incalescat, dein expuatur & repetatur subinde.

℞. aq.

℞. Aq. plantag. ros. r. sperm, ranar. an. ℥iij.
alb. ovor. in aq. agitando redact. no. iii.
sach. chrystal. ℥iii. m. f. gargarisma.

Emulsio refrigerans in pleuritide descripta indies sumatur.

Sequenti mane, nisi febris & dolor inter deglutiendum remiserint, v. s. repetatur, catharsi in diem posterum rejecta, alias cathartieum lenitivum exhibeatur.

Manente adhuc affectu, (quod oppido rarum) repetatur adhuc vs. & catharsis. Epispasticum amplum ac forte applicetur posteriori cervici post primam v. s.

Omni mane nisi diebus purgationis, enema refrigerans & emolliens iniiciatur. Diæta tenui utatur æger & lecto per horas aliquot quotidie absistat.

In his omnibus febribus, intercurrentes appello, ut etiam in illa quæ præsentis constitutionis est, caute observandum, ut æger à lecto abstineat magnam diei partem, ut jusculis hordeaceis, avenaceis ac id genus aliis victitet, & cerevisiam tenuem lupulatam & hydrogalam pro potu ordinario bibat. * Sydenham.

Morbilli.

℞. decoct. pectoral. ℔iß. syr. violac. & capill. Ṽr. ana. ℥iß. m. f. apozema.
capiat ℥iii. vll. iv. ter vel quater in die.

℞. ol. amyd. d. ℥ii. ſyr. viol. & capil. ♀r. ana. ℥i ſacch. cand. albiſſ. q. ſ. m. f. Eclegma de quo ſæpius lambat, præcipuè quando tuſſis urget.

℞. aq. ceras. n. ℥iii. ſyr. d. mecon. ℥i. m f. hauſtus ſingulis noctibus ſumendus à primo morbi inſultu, usque dum convaluerit æger, doſin augendo vel imminuendo pro ratione ætatis.

Æger ſe contineat per biduum poſt primam eruptionem.

Si poſt morbillorum diſceſſum febris in lecto, reſpirandi difficultas & alia ſymptomata peripnevmoniam mentientia ſupervenerint, eo in caſu ſanguis liberaliter extrahendus è brachio ſemel bis vel ter prout opus fuerit, convenienti ſpacio interpoſito inter ſingulas vs. atque etiam continuentur decoctum pectorale ſupra deſcriptum ut & looch vel oleum amygd. d. per ſe. Circa diem xij. ab invaſione cathartico lenienti purgetur.

Diarrhoea, quæ morbillos excipit, venæ ſectione ſanatur. * Sydenham.

Variolæ.

Mittatur ſanguis quovis ex tribus primis diebus ab invaſione ad ℥ix. vel x. & poſtea vomitorium exhibeatur ad ℥j. vel ℥iß. ex infuſione croci metallorum.

His

His primis diebus diluatur ſanguis frequenti potatione cereviſiæ tenuis lupulatæ.

Cum variolæ omnes eruperint (quod ut plurimum ex ſexto die poſt invaſionem.) veſperi propinetur ſyr. de mecon. ℥j. quæ repetatur dehinc ſingulis noctibus ad diem decimum poſt invaſionem. Ea nocte, ſi variolæ ex confluentium genere fuerint, augeatur doſis ad ℥iß. quæ dein repetatur ad ℥j. mane & ad ℥iß fere ſingulis noctibus, donec æger convaluerit.

Si ſyrupus de mecon. minus congruat, ſubſtitui poteſt laudan. liquidum, videlicet gt. xviij. pro ℥j. ſyrupi & gt. xxv. pro ℥iß. Hoc interim obſervandum, quod ſi paregoricum bis in die exhibitum orgaſmum compeſcere non valeat, (quod in variolis inſigniter confluentibus ſub finem earum ſæpe accidit, tum octava quoque hora exhibendum, vel ſæpius, ſi opus fuerit.

At ſi variolæ interſtinctæ fuerint, ſatis erit, ut ſolummodo ſingulis noctibus poſt plenam eruptionem exhibeatur paregoricum, atque etiam in minori doſi.

Qualiſcunque autem generis variolæ fuerint, atque etiam qualicunque morbi tempore, ſi phrenitis accideret, omnino oporteret, ut inordinato ſpirituum motui frænum iniiciatur, ac proinde ſi prior paregorici doſis metam non attingat, alia atque alia aſſumatur, donec tumultus penitus compe-

ſcatur, interpoſito inter ſingulas doſes ſpacio aliquo, ut pernoſcere valeamus, utrum doſis ultima id, quod quærimus præſtiterit, antequam nova ingeratur.

Si omnimoda urinæ ſuppreſſio acciderit, æger ex lecto eximatur, & aliquantulum ambulet.

Si ſaliva ob calorem ſit adeo viſcida, ut expectorari non poſſit, tum gargariſma cum ſyringa ſæpe in fauces injiciatur. Componatur è cereviſia tenui, vel aqua hordei cum melle roſarum, vel ſequens uſurpari poterit.

℞. cort. ulmi ʒvj. rad. glycirrhiz. ℥ß.
paſſul. enucl. no. xx. roſ. rubr. p. ij.
coq. in ſ. q. aq ad ℔iß. colat. diſſolv.
oximel. ſimpl. & mell. roſ. ana. ℥ij.
m. f. Gargariſma.

Si die undecimo, vel alio quovis poſt cum febris ſecundaria cum inquietudine, jactatione, & coeteris id genus ſymptomatis usque adeo efferatur, ut paregoricis utcumque repetitis ſufflaminari nequeat, & mors quaſi immineat, tum ſanguis ad ſatis magnam quantitatem illi, eò detrahatur, nempe ad ℥xij. vel circiter, atque porro repeti poſſet ſemel vel bis in ſequentibus diebus, ſi ſymptomatum dictorum ratio idem poſtularit.

At non aliàs. Catharſis etiam blanda decimo tertio (non antea) vel quovis alio die eum

eum insequente (modo v. s. præcesserit) instituí posset, nempe ex electuario lenitivo ℥j. dissolut. in aq. cichor. vel lact. alexiter. ℥iv. Verumtamen nec v. s. nec catharsis impediunt, quo minus paregorica in usum veniant, quæ haud obstantibus iis tum quoad largam dosin, quam repetitam exhiberi debent, si opus adhuc fuerit: nam ad hæc in hoc morbo semper confugiendum.

Quando pustulæ perfecte evanuerint, inungatur facies linimento ex æquali parte ol. amygd. d. & pomat. per biduum & non ultra.

Die xxi. post invasionem mittatur sanguis è brachio, & sequenti die catharsis celebranda, quæ porro alternis diebus ad tres alias vices repetatur.

Quoad regimen, à lecto abstineat ad sextam diem post invasionem, in quo postea se contineat usque ad xvij. non nisi iisdem stragulis tectus, quam quibus sanus uti solebat.

Jusculis avenac. hordeat. pomis coctis, & cerevisia tenui victitet, & post undecimum diem vini hispanici cochl. iv. vel v. bis in die exhibeantur, si æger voluerit.

Si crurum tumor evacuationibus præscriptis, non cedat, tum fotu fol. malv. verbasci, sambuc. laur. cum flor. melilot. & chamomill. in lacte coct. facile fugatur.

Si primis morbi diebus æger hæmoptoe labo-

laboret, vel urinam reddat ſanguineam, tum pulvis & tinctura, quæ in Capite de hæmoptoe præſcribuntur, ſexta quaque hora (donec ſymptomata iſta prorſus ceſſaverint) diligenter exhibeantur, quo etiam caſu paregorica liberali manu propinanda. * Sydenham.

Chorea Sancti Viti.

Sanguis ad ℥iij. plus minus pro ætate ex brachio educatur. Die ſequenti dimidia pars vel quiddam amplius pro ratione ætatis potionis communis hauriatur & veſperi hauſtulus ſeq. propinetur.

℞. aq. ceraſ. n. ℥j. aq. epilept. Lang. ʒiij. theriac. Androm. ℈j. laud. liquid. gt. viij. f. Hauſtus.

Potio cathartica ad tres vices alternis diebus repetatur, & hauſtus paregoricus iisdem noctibus.

Poſtea ſanguis iterum extrahatur & ad catharſin uti prius æger revertatur, & ſic ſanguis mittatur, & alvus abducatur ad tertiam quartamve vicem ſpacio tamen inter alternas evacuationes obſervato, ut nihil periculi ægro immineat.

Diebus à purgatione vacuis ſeq. præſcribantur.

℞. Conſerv. abs. Roman. flor. aurant. ana. ℥j. anthos. ℥iß.

The-

Theriac. Androm. vet. & N. M. cond.
ana. ʒiij.
Zingib. cond. ʒj. ſyr. è ſucc. citr. qs. f
Elect.
de quo capiat ad magnitudinem N. M. mane & hora quinta pomeridiana, ſuperbibendo vini ſequentis cochlearia v.

℞. Rad. poeon. enul. camp. imperator
angelic. ana. ℥j.
fol. rut. ſalv. beton. chamedr. marrub. alb.
ſumm. centaur. min. ana. mj.
bacc. juniper. ʒvj. cort. 2. aurantior.
inciſa infundantur frigide in vini canarini ℔vj. coletur tantum uſus tempore.

℞. aq. rutæ ℥iv. epilept. l. brion. comp.
ana. ℥j.
ſyr. poeon. ʒvj. m. f. julap. capiat. coch. iv.
ſingulis noctibus cubitum iturus. inſtillando ſpir. c. cervi. gt. viij.

Applicatur plantis pedum Empl. de caranna. Ob recidivæ metum pertundatur ei vena, & ad dies aliquot purgetur, ipſa anni ſeq. tempeſtate (vel paulo ante) qua morbus invaſit.

Veriſimile videtur, quod hæc methodus curationi epilepſiæ adultorum convenire poſſit. * Sydenham.

Apoplexia.

Mittatur ſanguis è brachio ad ℥xij. quamprimum ac poſtea ex venis jugularibus ad ℥viij.

℥viij. dein vomitorium ex ℥iß. vel ij. infusi croci metall. propinetur statim.

Empl. epispasticum satis amplum ac forte posteriori cervici applicetur.

Dum hæc aguntur, erectus sedeat æger in lecto, nec stragulis nimis obrutus. Spir. sal. armoniaci opt. rectificatus admoveatur naribus.

Finita vomitorii operatione subinde exhibeantur cochl. iij. vel iv. sequentis julapii:

℞. aq. rut. ℥iv. aq. bryon. comp. & antiepil. l. ana ℥j.
spir. cc. gt. xx. sacch. xtall. qs. f. iulap. vel cochl. i. spir. lavend. comp. per se propinari potest bis vel ter durante paroxismo, hora dimidia vel integra interposita.

Cavendum est, ne cardiaca plus iusto calida ac nimis frequenter exhibeantur. Nam quæcunque demum specifica virtute pollere videantur plus damni quam emolumenti ægro apportant, utpote quæ humores fundere ac proinde malum augere apta nata sunt: quod etiam incommodum non minus infertur ex nimia stragulorum congestione.

Paroxismo iam finito ad præcavendam recidivam sequentia exhibeantur.

℞. pil. coch. mai. ℈ii. capiat tertia quaque die per 6 vices hora quarta matutina superdormiendo.

℞. cons.

℞. conſ. flor. ſalv. roriſmar. ana ℥i.
flav. aurant. ʒvj.
n. m. cond. & zinzib. cond. ana ℥iß.
theriac. Andromach. vet. ʒij.
pulv. elect. diambr. diamoſch. d. ana ʒi.
cum ſ. q. ſyr. conditur. citri f. opiata.

Capiat ad magnitud. caſtaneæ m. & ſerò ſuperbibendo aq. epilept. l. cochl. ii.

℞. ambr. gryſ. ʒß.
ol. deſtill. ſem. aniſ. cinamom. n. m. an. gt. ij.
caryophyll. gt. j.
ſacch. in aq. flor. aurant. ſol. ℥iv. f. ſ. a.

Tabellæ, quarum capiat unum ad libitum.

Ab uſu potus generoſioris cuiusvis ſibi temperet, veſcatur iuſculis avenaceis, hordæis, ut & ex pullis gallinaceis confectis, & quandoque etiam (præcipue inter purgandum) carne pullorum agnorum ac id genus cibis eupeptis. * Sydenham.

Ophthalmia.

Mittatur ſanguis è brachio ad ℥x. ſequenti die ſumat potionem purgativam communem, quæ repetenda eſt per duas alias vices duobus diebus interpoſitis; iisdem noctibus ſumat hauſtum paregoricum ex ſyr. de mecon. ℥i.

Diebus à purgatione vacuis ſumat ter aut quater in die ℥iv. emulſionis ex ſem. frigidis majoribus & papav. alb.

℞. aq.

℞. aq. plantag. roſ. r. ſperm. ran. ana ℥j. tutiæ ppt. ʒi. f. collyr. cuius guttæ aliquot inſtill. oculis bis in die, at non incipiendum, niſi poſt primam purgationem.

Si his remediis affectus haud cedat, repetatur v.ſ. ſemel vel bis (præcipue ſi ſanguis pleuriticus apparuerit) ut etiam catharſis.

Abſtineat ab uſu vini & cuiusvis liquoris generoſi, ab uſu etiam ciborum coctu difficilium & ſale conditorum, & diebus inter purgationem bibat hydrogalam coctam.

Nota, quod ſæpe accidit, quod vſ. & catharſi utcunque repetitis ophthalmia non cedat, hoc in caſu paregorico ex ſyr. de Meion. ℥i. ſingulis noctibus exhibitum, curationem ſine aliorum ſuppetiis abſolvit. * Sydenham.

Uteri procidentia.

℞. cortic. querc. ℥ii. coq. in aq. font. ℔iv. ad ℔ij. ſub finem addendo cort. granat. contuſ. ℥i. roſ. r. fl. granat. ana miij. dein add. vini rubri ℔ß. ſit pro fotu, qui cum pannis laneis parti affectæ admoveatur mane horis duabus, antequam è lecto aſſurgat, & nocte poſt decubitum, donec ſymptoma penitus evanuerit. * Sydenham.

Paroxiſmus nephriticus.

Si æger temperamento ſanguineo fuerit, mittatur ſanguis è brachio affecto reni reſpon-

ſpondenti ad ℥x. dein liquoris poſſetici, cui rad. alth. ℥ii. incoctæ fuerint, cong. j. quam citiſſime bibatur, & enema ſeq. iniiciatur.

℞. rad. alth. lil. alb. ana ℥j.
fol. malv. parietar. branc. urſin. &
fl. chamom. ana mj.
ſem. lin. & fænugr. ana ℥ß.
coq. ſ. q. aq. ad ℔iß. m. f. enema.

Si vomitus urgeat laud. liquid. ſatis magna propinetur quantitate, videlicet ad guttulas xxv. vel pil. Matth. gr. xv. vel xvi. in ſenibus vero & morbo diuturno fractis, ut & vetulis vaporibus obnoxiis (præcipue ſi ſub initium paroxiſmi urinam reddunt nigram & ſabuloſam) v. ſ. omittatur, at quo ad reliqua eadem, quæ dicta eſt via omnino procedendum. * Sydenham.

Dyſenteria, Diarrhœa, & teneſmus.

Mittatur ſanguis è brachio quamprimum, eâdemque nocte paregoricum propinetur, & mane ſequenti potio purgans communis repetenda alternis diebus ad duas alias vices & paregoricum poſt purgationes quamprimum ſuo defunctæ ſunt munere, at diebus à purgatione vacuis idem mane & ſero eſt exhibendum.

Poſt v. ſ. & catharſin ſemel celebratam per totum morbi decurſum ſequens cardiacum exhibeatur.

℞. aq. ceras. n. & fragor. ana ℥iij.
epidemic. scord. compos.
cinamom. hord. ana ℥i.
margar. ppt. ʒiß. sacch. xtallin. qs. adde aq. rosar. Damasc. ℥ß. ad gratum saporem m. f. iulap. de quo cochlear. iv. vel v. in languoribus vel ad libitum capiatur.

Potus sit lac coctum cum triplo aquæ vel decoctum album.

℞. g. cc. & micæ panis albiss. ana ℥ii. coq. in aq. fontan. ℔iij. ad ℔ii. postea s. q. sacch. albiss. edulcoretur, vel si dejectio virium postulaverit aq. font. ℔ii. cum vin. canarin. ℔ß. simul coctæ pro potu frigide assumantur.

Cum tres vices purgaverit æger, tota curatio usui laudani bis vel ter in die repetiti postea incumbit, nisi quod enema ex lacte vaccino ℔ß. & theriac. androm. ʒiß. subinde injiciatur, quod in alvi egestionibus mire confert.

Cum alvi fluxus in diarrhœam tantum assurgit, phlebotomia & catharsi omissis seq. bolus singulis matutinis exhibeatur.

℞. rhab. pulv. ʒß. (plus minus pro ratione virium) c. s. q. diascord. f. bolus addendo ol. cinamom. gt. ij.

Noctibus insequentibus paregoricum ex aq. cinamom. hordeat. ℥j. & laud. liquid. gt. x. exhibeatur.

Ubi tormina sicca sine deiectionibus excru-

cruciant, curantur diluendo ſero lactis frigide propinato & tepide injecto, ut in cholera morbo pullorum juſculo aut lacte cereviſiato.

Si hic morbus diutius excurrat, adeo ut omnis ejus vis in rectum inteſtinum decumbat, cum aſſidua deſidendi cupiditate in hoc affectu diæta analeptica inſtituatur, & liquor aliquis cardiacus pro libitu ingeratur, ut reſtaurari poſſint vires, quibus redeuntibus teneſmus ſe ſponte proripit.

In dyſenteria male curata dolores aliquando ægrum ad annos aliquot diſcruciant, in hoc caſu phlebotomia repetita priſtinam facultatem reſtituet. Notandum

Quod in conſtitutionibus huic morbo minus faventibus omiſſis evacuationibus dyſenteria laudano ſolo ſanatur, quod mane & ſero repetendum, donec ſymptomata penitus evanuerint, vel etiam ter hyctemeri ſpacio, ſi opus fuerit. * Sydenham.

Colica bilioſa.

Sanguis è brachio paulo liberalius educatur, & poſt horas tres vel quatuor anodynum exhibeatur, poſtero die catharticum lenitivum, & interpoſito die una, ad tertiam vicem propinetur.

At ſi malum hoc fructibus horariis, vel aliis cibis avide ingeſtis originem debeat, tum ventriculus ante omnia lacte cereviſia-

to affatim hausto eluendus est, quo exantlato anodynum propinandum est, sequenti autem die vena secanda est, & in ordine præscripto procedendum.

Ubi hic morbus minus perite tractatus diutissime fatigaverit, & ægrum pene confecerit liberatior sive aquæ epidemiæ, sive mirabilis, sive alius cujuscunque, qua sanus maxime delectabatur, usus ægrum hoc tempore ultra spem omnem juvit. * Sydenham.

Cholera morbus.

Pullus tenerior in tribus circiter aquæ font. congiis elixetur, ut carnis saporem vix perceptibilem liquor referat, huius decocti vel defectu eius, liquoris possetici capaciores aliquot cyathos æger tepide exhauriat, & eodem tempore ex eodem liquore enemata successive repetenda.

Haustibus & clysteribus syr. lactuc. violar. portulac. nymph. eorumve alicujus uncia subinde admisceri poterit.

Exantlato hoc elutionis penso, quod 3. vel 4. horas sibi vendicat, paregoricum curationi coronidem imponit.

Si non accesserit medicus, nisi postquam æger vomitu & dejectionibus per multas horas continuatis fuerit exhaustus, etiam frigescant membrorum extrema, tum ad laudanum liquidum fugiendum est in paulo majori dosi (videlicet laud. liquid. gr. xxv. in

in aqua cinamomi forti ℥j.) & cum cessaverint symptomata, nihilominus mane & sero quotidie est repetendum at in minori dosi, donec pristinas vires receperit.

Est species quædam choleræ morbi infantibus valde familiaris ac sæpe numero funesta ex dentitione vel crapula originem ducens. Horum ætas tenella minime fert, ut diluatur ventriculus larga liquorum potatione, multo minus ut catharticus tumultus major in humoribus excitetur. Sed curationem laudano solo aggredi oportet, quamobrem gt. ij. iij. vel iiij. vel plures pro ratione ætatis cochl. j. cerevisiæ tenuis vel aquæ cujusve appropriatæ instillatæ exhibeantur, repetanturque, ut opus fuerit. * Sydenham.

Colica pictonum in Paralysin degenerans.

Hunc dolorem atrocissimum sanat balsamus peruvianus frequenter ac in magna dosi exhibitus, nempe si ejus guttulæ xx. xxx. vel xxxx. sacchari albiss. cochleari instillentur, & bis vel ter in die dentur, at paralysis huic remedio haud cedit. * Sydenham.

Iliaca passio.

Mittatur sanguis è brachio dextro ad ℥ix. vel x. post aliquot horas exhibeatur sequens pulvis.

℞. resin. scammon. (vel ejus defectu)
jalapp. gr. xij.
calomelan. Turg. ℈i. m. f. pulv.
capiat è cochlear ij. lactis vaccin. superbibendo ejus lactis cochl. i. vel alterum, & si forma pilul. magis arrideat.

℞. pil. ex duobus ʒß. Calomel. Turquet. ℈j. c. s. q. bals. peruv. f. pil. iv. sumendæ ex cochl. j. syr. viol.

Finita operatione cathartici sumat seq. haustum &c.

℞. aq. cinam. fort. ℥j. laud. liq. gt. xxv. m. f. haustus, qui porrò repetendus est bis, ter vel sæpius in die, donec vomituritio & dolor penitus cessaverint, atque etiam istis symptomatis cessantibus nihilominus ad curationem confirmandam per aliquot adhuc noctes capiat idem paregoricum in minori dosi cubitum iturus. * Sydenham.

Fluxus mensium immodicus.

Mittatur sanguis è brachio ad ℥viij. sequenti mane sumatur potio purgativa communis, repetaturque alternis diebus ad duas alias vices, & noctibus post purgationem paregoricum è syr. è meconio exhibeatur. Diebus à purgatione vacuis sumat sequentia.

℞. cons. ros. sicc. ℥ij. troch. de terra lemnia ʒiß.
cort. granat. corall. r. ppt. & bol. arm. à ℈ij.
lap

lap. hæmat. ſang. drac. ana ℈j. c. ſ. q.
ſyr. cydon.
f. elect. de quo ſumat ad magnitudinem n.m. major. mane & hora 5. pomeridiana ſuperbibendo ſeq. julap. cochl. vj.

℞. aq. germin. querc. & plantag. ana ℥iij.
cinamom. hordeat.
ſyr. d. roſ. ſicc. ana ℥i. ſpir. vitrioli q. ſ. ad gr.

℞. fol. plantag. & urtic. ana q. ſ. contundantur ſimul, & ſuccus exprimatur, & poſtea clarificetur, de quo capiat cochl. iv. vel v. ſæpiuſcule ad libitum.

Poſt primam purgationem applicetur empl. ſeq. regioni lumborum.

℞. empl. de minio, & ad herniam ana p. æqual. extendatur ſuper alutam. f. Empl. regioni lumborum admovendum. * Sydenham.

Colica hyſterica.

Primò quo ſaburra humorum vitioſorum in ventriculo contentorum minus impediat paregorici efficaciam, ſatis magna quantitas liquoris poſſetici affatim ingurgitetur, atque iterum per vomitum rejiciatur, nempe ejusdem liquoris cong. iß. qua peracta laudani liquidi gt. xxv. in aq. cinamomi fortis, aquæ epidemiæ, vel alicuius vehiculi ℥i. propinetur.

In uſu paregorici hoc notandum quod eo uſque repetendum ſit, donec ſympto-

 mata

mata omnia penitus cessaverint, debitum interea tempus interjiciendo, ut dijudicare valeamus, quid prior dosis effecit, antequam novam ingeramus.

Si temperamento sanguineo prædita sit ægra, aut si antea hoc symptomate haud multum infestata fuerit ac viribus fracta, hoc in casu sanguis primum è brachio detrahendus, antequam vomitorium præscriptum propinetur.

Hac ipsa methodo clavus hystericus curatur, si vero colica hysterica in longam diuturnitatem abeat, per paroxismos affligens, tum in eorum intervallis sive extra paroxismum seq. usurpentur.

℞. zedoar. subtiliss. pulv. ℨj. c. s. q. syr. è conditur. citri f. bolus, sumendus mane & sero per xxx dies, superbibendo seq. infusionem:

℞. zedoariæ incisæ minutim ℥ß.
vini canarin. ℥iv. infund. frigide per xij. horas, dein coletur pro usu, vel balsamum peruvianum, ut in colica pictonum usurpetur.

Quæ de colica hysterica hic dicuntur, de colica etiam hypochondriaca dicta sunto.

Utriusque affectus natura sibi vendicare videtur, ut alia atque alia tententur, donec tandem ad illud remedium perventum fuerit, cui quasi genuino morbus cedit, tametsi ut plurimum chalybs inprimis confert.

Colica

Colica hysterica tam hypochondriacis, quam hystericis sæpissime in icterum desinit, qui sensim sponte sua succeffit, sin autem moras longas nectat, exhibeatur apozema sequens.

℞. rad. rub. tinctor. curcum. ana ℥j.
chelidon. maj. cum toto. & summ. centaur. min. ana mi.
coq. in æqual. part. vin. rhen. & aquæ. fontan. ad ℔ij. colat. dissolv.
syr. d. 5. radic. ℥ij. m. f. apozema. de qua capiat ℔ß. calide mane & sero, usque dum convaluerit. * Sydenham.

Uterus.

Exhibeatur potio purgativa communis, dein aggrediatur usum sequentium, & durante eorundem usu catharticum præscriptum quarto quoque die exxibeatur.

℞. conf. abs. Rom. flaved. aurant. ana ℥j.
angelic. cond. N. M. cond. pulv. ar. comp.
chalyb. cum aceto ppt. ana ʒß.
extr. cent. min. gentian. & crem. tart. ana ʒij.
croc. angl. pulv. c. f. q. syr. de 5. radicibus f. elect. de quo capiat ad magnitudinem N. M. mane & hora 5tâ pomeridiana, vel vice electuarii sumat pilulas chalybeatas, superbibendo post matutinam dosin aquarum mineralium purgantium ℔iv. & post pomeri-

dianam dosin apoz. in colica Hysteric. descript. ℔ß.

At si signa hydropis adfuerint, tam mane quam sero apozema semper bibat.

Si vel his diu continuatis morbus adhuc obstiterit, ad aquas ferreas adeundem est, quæ ex ipso fonte sunt bibendæ. *Sydenham.

Ad præcavendum abortum.

Eadem præscribenda ac in fluxu mensium immodico omissis solummodo catharsi, & succis. * Sydenham.

Immodicus Lochiorum fluxus.

Victus incrassans instituatur & potus seq. addatur:

℞. aq. plant. vini rubr. ana ℔j. coq. simul ad tertias, dein edulcoretur. s. q. sacch. albiss. cuius cum frigescit, capiat ℔ß. bis vel ter in die.

Interim julep. aliquod hystericum, at satis mite subinde propinetur & nodulus seq. naribus applicetur.

℞. galban. asæ foet. ana ʒij. castor. ʒiß. sal. succin. vol. ʒß. m. f. nodulus.

℞. spir. salis ammoniac. ʒij. de quibus sæpe olfaciat. * Sydenham.

Suppressio lochiorum.

E vestigio lecto addicatur, & empl. hysteri-

ſtericum umbilico admoveatur quam primum, tum Electuar. ſeq. adhibeatur.

℞. conſ. abſ. Rom. rutæ ana ℥j.
troch. de myrrh. ʒij. caſtor. croc. angl.
ſal. vol. ammoniac. & aſæ fætid. ana ʒß.

c. ſ. q. ſyr. è 5. rad. f. elect. capiat ad magnit. N. M. quarta quaque hora, ſuperbibendo ſeq. julep. cochl. 4. vel 5.

℞. aq. rut. ℥iv. bryon. compos. ℥ij.
ſach. cand. qs. m. f. julep. vel ſumat troch. de Myrrh. ℈j. quarta quaque hora.

Si tota prædictorum quantitas conſumatur, & lochia adhuc ſupprimantur laudanum unica ſaltem vice exhibendum, ut laud. liquid. gt. xiv. in aq. bryoniæ comp. vel laudanum ſolidum gr. iß. cum aſæ ſæt. ℈ß. in pil. duas redactum.

Si hæc nihil proficiant, tunc enema ex lacte ſacharato unica ſaltem vice iniciatur.

* Sydenham.

Hydrops.

Indicationes curativæ dirigendæ ſunt primo ad aquarum evacuationem, deinde ad inſtaurandum ſanguinis robur, quo novus aquarum prouentus præcaueri poſſit.

℞. vini alb. ℥iv. jalapp. ſubtiliſſ. pulv. ʒj.
zinzib. pulv. ℈ß. ſyr. d. ſpin. cerv. ℥j. m.

f. potio ſumenda ſummo mane, reperendaquæ

que ſingulis vel alternis diebus pro ratione virium donec partes affectæ detumuerint.

℞. Tamarind. ℥ß. fol. ſenn. ʒij. rhei ʒiß. coq. ſ. q. aq. ad ℥iij. col. diſſolv. mannæ & ſyr. roſ. ſol. an. ℥j. ſyr. de ſpin. cerv. ℥ß. elect. è ſucco roſar. ʒiij. m. f. potio ſumenda ut prior. vel

℞. pil ex duobus ℈j. elater. gr. iij. ol. caryophil. gt. ij. f. pil. no. iij cap. ſumma mane, repetanturque ſi opus fuerit. vel

℞. Gambugii. gr. xv. vin. alb. aq. cichor. ana ℥iß.
ſyr. de ſpina cerv. ℥ß. m. f. pot. ſumenda ut ſupra. vel

℞. cort. interior. ſambuc. è lign. deraſ. m. iij. coq. in aq. & lacte part. æq. miſtorum ℔ij. ad ℔j. colat. capiat dimidiam partem mane, & alteram ſerà quotidie, donec convaleſcat. At hoc remedium niſi in corporibus, quæ facillime purgativis cedunt, nihil confert.

Circa uſum catharticorum in hoc morbo hæc tria animadvertenda ſunt.

Primo utrum ægri corpus facile, an verò difficulter catharticis cedere ſoleat, cum in iis qui facile purgantur ſyr. de ſpina cervina ſolut. ad ℥j. exhibitus aquas ſat copioſe eliciat, in illis vera qui difficulter purgantur, cathartica ſupra deſcripta, ut ut valida vix ſcopum attingant.

Secundo cathartica omnia, quæ ſegnius ope-

operantur, magis officiunt quam prosunt: quamobrem purgatio paulo fortior & nimia justâ debiliori est præferenda.

Tertio aquæ ea maxime celeritate exhauriri debent, quam ægri vires ferre queant, ne nimis longa inter purgationes intervalla adhibendo, aquæ denuo affatim colligantur.

Est autem, ubi medicamenta omnia, qualiscunque demum generis, quæ alvum movent, prorsus omitti possint ac debeant, quoties enim æger constitutione est infirmior vel fœmina vaporibus obnoxia, aquarum evacuatio diureticis solum committenda, inter quæ ea sunt efficacissima, quæ ex salibus lixivialibus fiunt, ut

℞. ciner. genistæ ℔i. infund. frigide in vini Rhenani ℔jv. liquoris per filtrationem colati ℥iij. mane, 5ta pomeridiana, & sero singulis diebus exhibeantur, usque dum humor evanuerit.

Aquis jam penitus evacuatis calefacientia & corroborantia medicamenta usurpanda, ut

℞. rad. raphan. rustican. fol. cochlear. hort. abs. vulg. salv. summ. centaur. min. & genistæ. infund. in cerev. forti pro potu ordinario, qui potus incipienti hydropi aliquando sine catharticis subvenit. Vel sequenti utatur.

℞. cons. cochlear. hort. abs. Rom. ana ℥ij. extr. gentian. abs. vulg. cent. min. ana ʒiij. cum

cum ſ. q. è cort. citr. f. elect. de quo ſumat ad qv. n. m. major. mane, 5ta pomeridiana & veſperi, ſuperbibendo ℥iv. ſeq. infuſionis.

℞. rad. gentian. ℥j. ſumm. geniſt.
centaur. min. & abſ. vulg. ana mj.
ſem. fænic. petroſel. ana ʒij. inciſis minutim affund. vin. Rhen. ℔iv. ſtent ſimul in infuſione frigida, & colentur ſolummodo tempore uſus.

Notandum cum ad corroborantium uſum deventum fuerit, ægrum nullo modo purgandum eſſe, tantiſper dum ſanguinis corroborationi navatur opera.

Quod & per ſalium lixivialium uſum omnino obſervandum, quo quidem tempore pariter corroborare convenit.

℞. rad. raphan. ruſt. ℥iij. fol. cochl. hort.
abſ. vulg. ſalv. ſumm. centaur. min. &
geniſt. ana miij. aurant. inciſ. no. iij.
infund. in congiis vj. cereviſiæ fortis non lupulatæ inter fermentandum; ſit pro potu ordinario. * Sydenham.

Gonorrhœa virulenta.

℞. maſſ. pil. coch. major. ʒiij. extr. Rudii ʒj.
reſp. jalap. & diagrid. ana ʒß. c. ſ. q.
opobalſ. f. pil. è ſingulis drachmis vi.
capiat jv. ſingulis auroris, donec urinæ ardor & color flavus materiæ ſemini formis admodum imminuantur. Poſtea alternis die-

diebus ad ſeptimanas adhuc duas. Ac ſub finem bis in ſeptimana, donec humor ſtillare prorſus ceſſaverit.

In iis, qui difficulter purgantur, ſubinde intercalari poteſt potio communis purgativa, cui addantur ſyr. de ſpina cerv. & elect. è ſucc. roſ. an. ℥ij. vel curatione minus feliciter ſuccedente turbith. minerale ad gr. viij. exhiberi poteſt bis vel ter, diebus quatuor interpoſitis, vel vice turbith. mineral.

℞. pil. ex duobus ℨß. mercur. dulc. ℈i. c. ſ. q. opobalſ. f. pil. iv. ſummo mane ſumendæ.

Si æger à dicta catharſi abhorreat, poſt pilulas primo deſcriptas tribus auroris continuis ſumptas tum mane & hora 5ta pomeridiana quotidie injiciatur clyſter ſequens, niſi quod ſemel aut bis in hebdomade omiſſo clyſtere catharticum imperandum.

℞. elect. è ſucc. roſar. ℨvj.
tereb. ven. vitell. ov. ſol. ℥ß.
diſſolv. in aq. hord. ℔j. adde
ſyr. viol. ℥ii. m. f. clyſter.

ſingulis noctibus capiat opobalſ. vel balſ. è mecha gt. xxv. ſacchari fruſtulo exceptos, huius defectu therebinthina Cypria ad qv. avellanæ ſubſtitui poteſt.

Sit pro potu hydrogala, & cereviſia tenuis in paſtubus, vel ſequentem methodum aggrediatur.

℞. pil.

℞. pil. ex duobus ℈ß. opobalſ. gt. iij.
f. pil. no. iij. capiat hora 4 matutina ſuperdormiendo, repetanturque alternis diebus vel tertia quaqua die.

